

scindatur, quia non procedit in renunciatione differenti, & taliter qualificata, quod nulla indigeat rescissione, sed ex sui natura remaneat resoluta, & ad ipsius renunciantis favorem aperiat successione tanquam facta in executionem precepti Primogenituræ ad favorem Primogenitorum pro tempore, licet Primogenituræ renunciaverit, ut patet ad sensum, & ex lectura ejusdem renunciationis.

Et multo magis dum ulterius renunciatio est in statu, & observantia resolutibilis, quia egressa Domina Livia à Conservatorio Auditor Cameralis mandatum pro resolutione Dotis scuti. 2000. comprehensa Dotē soluta in ingressu Conservatorii ad ipsius instantiam relaxavit, & Dux Auditor Domine Clerie præfatam dotem persolvit, quam ipse utique persolvisset, nec ad eam solvendam Juxta de condemnare potuisset, si renunciatio non fuisset habitata pro resoluta, quia in renunciatione reservata fuit dumtaxat annua prestatio scuti. 100. & dos debita Conservatorio.

Non relevante replicatione, quod renunciatio non solum fuerit facta ex causa ingressus, sed etiam æquè principialiter, ex aliis causis finalibus.

Quia præmissis, quod tam attenta natura actus, & qualitate, ac quantitate rerum renunciatarum, quam etiam fine, & forma servata in citandis Consanguineis pro interveniendi cum expressione solius, & unica causæ ingressus contraria sententia verior visa est Dominis, ut ex professo firmatum fuit in Romana Hereditatis de Scarinciis, 20. Martii 1684. §. Non solum & seq. coram Reverendiss. P. D. anno Heremul, & 25. Martii 1685. §. Parum relevantes, & §. Si quidem, coram Reverendiss. P. D. mo. Roberto, & in alia Hereditatis de Lannucciis 18. Junii, 1685. Verum ulterius & seq. coram eodem R. P. D. mo.

Ideoque minime quoque relevet expressio etiam si Primogenitura ad feminas deveniret, quia recipit eandem interpositionem, quatenus renunciandi in Cælibatu perserveraret, non autem in casu, quo renunciandi egressa à conservatorio, & nupta cum uno ex quatuor familiis, aperiret successio Primogenituræ, quia tunc ex lege Primogenituræ prædictæ ipsam renunciandi ob novum Jus ad illius successione vocatur quamvis Cælibatum elegerit, & extra quatuor familias nupsisset, dummodo de tempore aperte successione Cælibatum deseruerit, & si esset Vidua, & consequenter Primogenituræ renunciasset, nupta cum uno ex quatuor familiis.

Semper præfata exceptio renunciationis redditur dubia, ac incerta, ut admittens facti, & Juris questionem, ideoque ad Pettitorium rejicienda ex allegatis per Andreolum controversi, 30. sub nu. 31. per Rotam decisi, 34. num. 23. ad 26. part. 2. dicitur, & post Pacificum de Salyiano decisi, 83. sub num. 13. ac in recentiorum decisi, 480. sub num. 9. part. 5.

Minusve resistente prædictam renunciationem esse clarā, & latissime extētam in publico Instrumento, executionem verò resolutibilis turbidam, ideoque rejiciendam ad Pettitorium, quod fuit expressè à Domina Cleria suspensum, quia placuit responsio, quod turbiditas non oritur ab exceptione resolutionis renunciationis, quæ est consecutiva ad factum notorium legitimum egressus, & ad legem ipsiusmet Primogenituræ admittendam Primogenitum nuptam in quatuor familiis, licet Primogenituræ renunciaverit, sed ex ipsa replicatione, quod renunciatio adhuc sustinetur ex aliis causis æquè finalibus, & excedentibus limites precepti Primogenituræ, quæ replicatio vel non subsistit ex supra deductis, vel certe negari non potest, quin sit valde turbida, ideoque allegata regula retorquetur, & militat pro Domina Livia.

Additur, quod extantibus filiis ex Primogenita nupta in quatuor familiis, exceptio renunciationis esset de Jure tertii, quia quoties Primogenita nupta reperitur ad formam legis Primogenituræ, alie femine, & multo magis quia quatuor familiis nullatenus aspirare possunt ad Primogenituram, sed à Primogenita, & ejusque filiis post eam vocatis, sunt perpetuò exclusæ, perinde ac si essent extraneæ, sive mortuæ, Unde aut Domina Livia est capax, & cessat omne dubium, aut ex post effecta fuit incapax per renunciationem, & certum quod sunt vocati illius filii. Quia in Primogenituris sequens in gradu admittitur ex propria persona, si præcedens non successerit, dummodo aliquo tempore saltem in potentia fuerit habilis, Paulus de Castro, conf. 246. per totum lib. 1. & in annot. marginali sub n. 3. ubi quod eò magis militat, quando

agitur de Primogenitura, Molin. de Hsp. Primog. l. 1. cap. 9. num. 29. & 30. & lib. 3. cap. 6. nu. 43. & cap. 7. num. 2. vers. Secus autem, & nu. 4.

In nihilo relevante responsione, quod renunciatio facta fuerit etiam favore feminarum nuptarum, extra quatuor familias, quia contrarium convincitur ex lectura renunciationis, quæ restricta legitur, ad favorem Patris, & Primogenitorum pro tempore, & sic ad favorem Vocatorum ad Primogenituram, non autem ad favorem feminarum nuptarum extra familias in concursu Primogenituræ, ejusque filiorum natorum ex secundogenito quatuor familiarum unice ab Instructoribus contemplatorum, sunt perpetuò exclusæ, nique aliud præter Dotem scuti. 250. mil. prætereunt possunt, ita ut in casu, quo Primogenita nupta in eis, filios non suscepisset, vocatus fuit ad possessionem secundogenitus ex prænominationis quatuor familiarum et in gradu proximior.

Semper recurret responsio turbiditatem, altioreque indaginem oriri à replicatione rei, cui non sufficit allegare agentem Judicio retinendam, renunciasse Juri suo, & ex tali renunciatione Jus successione fuisse questum, sed in Judicio ordinario obtinere debet rem Judicatum, per quam canonizatur ipse præsentio, & interim renunciandi est manutentendus, Menoch. dicto remedi. tertio, nu. 702. vers. & hoc in casu, & nu. 703.

Decreta manutentione ad favorem Domine Livie parum insidendum esset super exclusione manutentionis presentie à Domina Cleria, quia in hoc casu sola inclusio unius est exclusio alterius juxta leges Primogenituræ, & nullus alterius titulus, vis juxta causam, quibus presentia manutentionis innotuit.

Non enim eidem suffragari potuit Chirographum clariss. mem. Ducis Philippi, in quo deputata fuit sub die prima Februarii 1685. Administratio omnium, & singularium Bonorum ejusdem Ducis cum amplissimis facultatibus gerendi ea omnia, quæ ipsemet Dux facere poterat, ideoque cum in hujusmodi executione plures actus possessorios exercuerit, nedum vigore talis insistentie, sed custodiæ Bonorum, verum etiam ob interesse redditionis rationis, quod in vim administrationis habere poterat, dicatur possidere tam in vita, quam mortem mandantis, & vigore talis possessionis manutentionis debeatur. Nam hujusmodi objecto plures, & solidissimæ occurrunt responsiones, quarum unaquæque de se se sufficeret.

Primo enim occurrit littera Constitutionis Gregorii Decimi Quinti, quæ nedum tribuit continuationem possessionis de Primogenito in Primogenitum statim, & absque alia apprehensione; Verum etiam annullat, irritat omnem actum contrarium, omnemque possessionem ab alio captam, quam à Primogenito, mediante Clausula sublata, & Decreto irritatis; Quinimo expressè cavet, ne possessio Primogeniti perturbari possit per administratores, & alios quoscumque; Unde evidenter inferitur, quod quæcumque possessio etiam si vera, & realis per alium acquisita uti contraria præfate legi, non est manutentibilis, nec apta impedire effectum continuationis possessionis in habentes requisitam qualitatem, ideoque talis possessio administratores nomine presentia à D. Cleria in nihilum efficere potest distinguendo hunc casum in aliis, firmat Decius & conf. sub n. 15. vers. Non obstat, quod continuatio, Parisius conf. 41. sub n. 7. & seq. lib. 1. Pacificus de Salvoan. interdicto in spec. 3. c. 2. n. 358. R. edenda. conf. 4. per totum & signanter sub n. 11. lib. 1.

Secundo assertur amplissima vocatio possessionis Bonorum Primogenituræ per Sanctissimum Dominum Nostri sub die 27. Novembris 1681. facta cum clausula ex nunc pro tunc irritando, ac annullando ulterius omnes, & quoscumque; ex post à quibuscumque, gestos, ac gerendos, ut latius præfereunt verba ipsiusmet avocationis superius inserta, ex quibus indubitatum redditur, quod talis possessio dicitur attentata, ideoque nullatenus manutentibilis, quamvis avocatio facta fuerit cum clausula sine per Juridico Jurum interessatorum, quia intelligi debet de Jure Interessatorum in possessione Bonorum Primogenituræ per Sanctitatem suam avocata, non autem de præjudicio possessionis naturalis, seu civilis acquisitæ post avocationem ex novo facto, seu actu prohibitorio usque de anno 1681. cum illius irritatione, perinde ac si secutus non fuisset, tanquam possessio jam plena, & existente penes Sanctitatem suam, Rota in Romana Primogenituræ de Aldobrandinis 10. Decembris 1683. §. tum etiam, & 6. Aprilis 1685. §. sed omnia cor. bon. me. Paulutio Ter.

Tertio resistit & quidem nimis aperte hujusmodi actus res judicata hujus Sacri Tribunalis, quæ prævis decisionibus coram me, & coram bo. me. R. P. D. Pauluccio editis retractatus fuit confirmis actus translationis possessionis per Ducem Philippum gestus, ne interverteretur continuatio possessionis, ut supra expostum fuit; Unde nimis absolum videretur, quod eidem Duci licuisset Judicis, ac Tribunalis majestatem eludere; præventivè transferendo possessionem per actum, & modum alias damnatum.

Quarto detegitur in presentis casu inapplicabilis regula, quod Administratores detineantur in sua possessione donec de administratis ratio reddatur, quia procedit, quoties administrator verissimiliter creditor esse possit, eidemque vigore ejus crediti competat retentio, secus vero quando ob brevissimam administrationem paucorum dierum, quæ à die administrationis usque ad diem obitus ipsius mandantis intercesserint, prout in presentis, quo secuta fuit Constitutio administrationis sub die 1. Februarii, & Obitus Ducis sub die 9. ejusdem mensis, nullum constitui possit creditum, imo potius debuit, ut explicando decisionem Fontanelle 34. & 545. ex adverso allegatam dilungunt, & probant Polthum. observ. 52. n. 27. & Card. de Luca de tutor. & Cur. disp. 6. a. n. 15. usque ad 26. & signanter sub n. 20. & seq.

Quinto in presentis casu quod mutata fuerit causa possidendi, prævia explicita animi declaratione, illiusque vigore capta fuerit actualis possessio, quia licet mutatio causæ possidendi ex novo titulo sufficiens sit ad acquirendam novam possessionem manutentibilem ex Jure anterioris possessionis, atamen est indubitatum, quod non potest prætendi manutentio in priori possessione animo, & facto dimissa ad textum expressum in leg. qui Rona 19. §. 1. ff. de acquir. possess. & ibi Alexander. nu. 1. Rot. dec. 365. num. 8. & seq. par. 10. recent.

Sexto in idem insuit mutatio Gubernatorum, & aliorum ministrorum in locum deputatorum à Dom. Cleria per R. P. D. Auditorem Sanctissimi facta in executionem illius Chirographi irritantis omnia, & quæcumque gesta etiam ante avocationis immitationem; Exinde enim magis, magisque arguitur, quod de presentia administratione nulla prævis habenda sit ratio, & magis enixus animus Sum. Pontificis de illa irritanda, & annullanda tanquàm attentata, perinde ac si non fuisset gesta, tanquàm à speciali Jure reprobata, non dubium C. de leg. Rot. cor. Coc. dec. 2000. sub nu. 23.

Prout quoque in presentis frustra adducebatur pro manutentione possessio acquisita ex mutatione causæ possidendi ex novo titulo hereditario post mortem Ducis Philippi in Dominam Cleriam pervento; Tum quia deficit mutationis subjectum, cum in eadem nulla adesset, nec adesse posset precedens possessio uti à duabus Pontificis legis sublata; Tum quia speciale est in Jure quod ubi occurrerit lex continuans ipso Jure possessionem in habentem certam qualitatem sine ulla apprehensione dari non potest in alia persona prædicta mutatio causæ possidendi ad subvertendam præfatum continuationem, quæ uti providens beneficio solius legis, citius operatur, quam mutatio præcedens ex facto hominis, ut in specie firmavit Amatus ref. 39. n. 5. Contrarius discept. 37. sub n. 2. & seq. tom. 1. cum aliis cumulatim per Bond. coluti. 43. Rota penes Polthuum. de manut. dec. 335. n. 9. & 10. & 13. coram Caval. dec. 429. n. 2. & in rec. dec. 150. n. 6. & 182. n. 3. p. 7.

Nullus tandem obijci reddebat, quod avocatio possessionis per Sanctissimum facta non valeret præjudicare D. Clerie, prout ex declaratione ejusdem Sanctissimi nuper habita mediante scripto R. P. D. Auditoris ibi: E sua Sanctità non ha. inteso di pregiudicare ne all'una, ne all'altra Parte quanto al possesso, che giustamente, e validamente potesse ciascheduna di loro pretendere, e mi ha ordinato, che significhi alla medesima Rota. Che si proceda in tutto prout de Jure, servato il tenore dell'avocazione fatta da Sua Sanctità solamente per evitare li scandali, & inconvenienti, che sarebbero potuti succedere. Quia talis declaratio favet Domine Livie, cui Jure assitit legitima possessio in Apostolicis litteris Gregorii XV. decreta, & nullatenus suffragari potest Dom. Clerie, quæ nullam habet possessionem justam, & legitimam in Bonis Primogenituræ ex supra probatis, nec dicta expressio causæ evitandi scandala infringit altera, & potiore causam in avocatione habitam restituendi possessionem Bonorum Primogenituræ cui de Jure, quod interpretationem recipita ad favorem Primogeniti, & novi Ducis Cæsariani, ut quibuslibet adibus tam in hujusmodi avo-

catione, quam in relaxatione Bonorum hereditarium Ducis Philippi eidem Dom. Clerie facta, nec non in Chirographo confirmatorio ejusdem avocationis expressum legitur, ut in expositione facti superius recensiti animadvertitur fuit.

Et multo minus quod avocatio possessionis facta fuerit dumtaxat per horam ante obitum Ducis, quia respectu Ducis, qui erat in actuali possessione, facta quidem fuit per horam ante ejus obitum; At respectu Tertii, & presentium illius hæredis, facta fuit usque de anno 1681. cum clausula Ex nunc pro tunc, & cum prohibitione in specie, quod nullus posset acquirere possessionem, nec in ea immiseri, tam ex testamento, quam vigore cuiusvis Clausulæ Constituti, Precarii, translationis, possessionis, sive cuiuscumque alterius amplissimæ facultatis, adita irritatione actus perinde ac si non fuisset secutus, & tanquam in possessione jam plena, & existente penes Sanctissimum, non obstante quacumque avocationis ignorantia, & bona fide, vel excusatio, quamvis Juridica, & specialis nota digna, Princeps enim quoad effectum Juris efficere potest, quod possessio capta habeatur pro non capta, Rota d. dec. 230. n. 5. p. 10. rec.

Hisque stantibus omnino vanum, & inapplicabile visum fuit, quod possessio sit sumenda de manu hæredis, quia quoties Primogenito competat beneficium continuationis possessionis, dicitur, quod defunctus ante mortem videtur tradere possessionem successoribus, & ipse successor accipere videtur de manu hæredis, Aretin. in l. prima. n. 23. ff. de acquir. possess. Gomez. ad l. 45. Tauri n. 110. vers. dicit, quod consuetudo, & ultra quod agitur in ulteriori vocata, & possessio petitur à Judice, Polth. de manut. obser. 47. n. 10. vers. ob servandam quoque.

Constituto igitur, quod manutentio debeatur D. Livie, in necessarium sequitur, quod & eidem sit relaxanda possessio; Tum quia Sanctissimus expressè professus fuerit vel relaxare possessionem cui de Jure. Ideoque cum ipsa meliore Jure potiat, eidemque pariter possessio relaxanda venit; Tum etiam quia effectus manutentionis ad ipsam præferebat.

Cætera per informantes pro Dom. Cleria adducta vel non indiget responsione, vel ex prædictis sublata remanent. Et ita causa ter posita, & in presentis propositione ab omnibus Domini visa, responsum fuit.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Romana Primogenituræ Cæsarianæ.

Lun. 13. Januarii 1689.

ARGUMENTUM.

Diluuntur objecta contra præcedentem Decisionem & illa confirmatur.

SUMMARIUM.

- 1 Restrictionem concessionum quorundam bonorum si fuerit immediata universalis repetitio omnium si sola non potest restringi ad unam speciem.
2 Ad hoc ut Primogenitura purificetur ad aliquos favorem sufficit quod de tempore aperte successione reperitur habilis ad succedendum, &c. nullatenus attenda incapacitate prætendi.
3 Ingressus in simplex conservatorium oblatarum que non emittunt tria vota, non excludit à successione.
4 Renunciatio facta occasione ingressus in conservatorium remanet resoluta per egressum perinde ac si nunquam emanasset.

DECISIO CVIII.

Contra decisionem editam coram bo. me. Albergato sub die 17. Junii proxime præteriti, in qua latiori calamo firmatum fuit, dandam esse manutentionem, & pro effectu manutentionis, relaxandam esse D. Livie possessionem omnium bonorum subeclorum Primogenituræ Nobilissimæ, & antiquissimæ familie de Cæsarianis; Defensores D. Clerie in hodierna repropotione Causæ coram me, in illius locum subrogato, tria acriter opponebant. Pri-

Primum nempe, quod Breve fan. me. Gregor. XV. confirmatorium hujus Primogenitum det solum continuationem possessionis de primogenito in Primogenitum in bonis feudaliibus, & emphyteuticis, quae sunt de directo dominio Camerae Apostolicae, vel aliarum Ecclesiarum, prout deducuntur ex littera ipsius Brevis ibi. *Mandantes in virtute S. Obedientiae pro tempore existentis Camerario, & Thesaurario Romanae Ecclesiae, nec non aliarum Ecclesiarum, ac Monasteriorum, & locorum sub quorum directo dominio, & proprietate Castra, Villa, Terra, & alia bona hujusmodi, seu eorum aliqua, concessimus, Praefatis, Praelatis, Administratores, Abbatibus, Superioribus, Capitulis, Conventibus, & Personis quatenus institutionem, & ordinationem Primogenitae hujusmodi, aliaque praemissa, & singula in Instrumento, & scripturis praedictis contenta, & rata, & grata habeant, admittant, & observent, Litterasque patentes, seu investiturae, & revocationes, scripturas, & alia documenta, ad id necessaria, & opportuna, ubi, & quodcumque pro parte Joannis Georgii Ducti, & pro tempore existentium Primogenitorum praedictorum fuerint ut supra requisiti, ac quibus licentiam quodcumque illa, seu illas petendi absque aliquo onerum incursum impartiri, concedant, & expendant, seu expediri curent: Ad decernendum possessionem, seu quasi ad Castrorum, Terrarum, Villarum, aliorumque quorumcumque bonorum, & Jurium praedictorum omnium, & singulorum supra dictorum de Primogenito in Primogenitum etiam absque alia illius apprehensione continuationem ipso jure censeri.*

Secundum, quod D. Livia, ut juxta valeat beneficio continuationis in eodem Brevis concessio, prius ostendere debeat se esse primogenitam habilem ad succedendum ad normam Primogenitae, alioquin non possit obtinere maintenancem, ad tradita per Laderch. *conf. 97. n. 10. Pignat. ad Statut. Ferrar. rubr. 82. n. 15. vers. nullus distinguatur p. 1. Amat. ref. 30. nu. 27. & 28. & n. 126. & 127. vers. utroque p. 1. Molin. de Primogen. Hispan. lib. 3. c. 13. n. 9. & seq. Alter Molin. de jur. com. 3. disp. 637. n. & plurib. seq. Praetertim quando, ut in praesenti, concurrat alius legitimus Contradictor, qualis est D. Cleria secundogenita, Grat. *disc. 732. n. 45. & seq. cum aliis legatis per Bonden. colluct. 57. n. 35. vers. cum hac tamen advesione to. 1. colluct. 2. n. 14. to. 2. Rot. dec. 513. in sup. p. 1. dec. 263. sub n. 5. p. 2. & dec. 523. in fin. p. 3. rec.**

Et tertium, quod ipsi obesse solemnissimum renunciatum per eam facta occasione ingressus in Conservatorium Septem Dolorum favore Patris, & omnium, ac singulorum vocatorum in Primogenitura, etiam essent femininae, & succedant in deficientiam linea masculinae, qua stante cum ipsa de tempore successione non reperitur habilis ad succedendum, inferebant illi non posse suffragari Breve continuationum possessionis ex traditis per Guglielm. de Bened. in c. Raynucius verbo mortuo itaque Testatore li. 2. n. 72. circa med. vers. & talis consuetudo etc. & inferior vers. & idem est in filia, quae renunciat bonis paternis, Cam. *respons. 1. n. 6. Micr. de Major. p. 2. q. 11. art. 3. n. 2. in fin. Guttier. pract. q. lib. 5. q. 71. n. 14. secundum impress. Franc. ann. 1607. & secundum ultimum Lugdunens. anno 1661. q. 32. num. 14. lib. 5. Noguero. alleg. 31. n. 71. Olea de cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 8. Castill. *contro. jur. lib. 3. c. 12. n. 113.**

Verum istis minime obstantibus, Domini censuerunt standum esse in decisio: Primum siquidem obiectum remouetur ex lectura ipsius Brevis, in quofan. mem. Greg. XV. expressis singulis bonorum speciebus pro potiori, & secutori adimpleto Primogenitae in Castris, Villis, Casalibus, Praediis, Tenuris, Domibus, Lacubus, hortis, Hortis, Apothecis, rebus, jurisdictionibus, ac aliis tuis ea comprehendens, illam de novo in omnibus, & per omnia instituit, approbat, & confirmat ad tenorem Ordinationis factae ab illius Institutibus, & successivae possessionem, seu quasi dictorum Castrorum, Terrarum, Villarum, aliorumque quorumcumque bonorum, & Jurium praedictorum omnium, & singulorum supra dictorum de Primogenito in Primogenitum, etiam absque alia illius apprehensione continuationem ipso jure censeri decernit.

Et licet in verbis intermedii pro majori ejusdem Primogenitae cautela restringenda concessiones, & Investiturae bonorum feudaliu, & emphyteuticorum quatenus in eis comprehendit etiam essent aliae personae ad terminos, & limites Primogenitae, quando illa duraverit, mandando pro tempore existentis Camerario, & Thesaurario S. R. E. necnon aliarum Ecclesiarum Praefatis, quod omnia, & singula contenta in Primogenitura grata, & rata

habent, ac inviolabiliter observari faciant; Nihilominus subsequens immediata universalis repetitio omnium, & singulorum supra dictorum bonorum non potest sine violentia verborum, ac mentis, & intentionis tam Papae cedentis, quam fratrum supplicium restringi ad sola feudalia, & emphyteutica, sed perneceffo importat, & includit omnia superius expressa tam allodialia, quam feudalia, & emphyteutica, ex firmatis per Rotam cor. Eminenss. Card. Cerro *dec. 616. n. 5. & plur. seqq. & d. 641. nu. 3. & seqq. & in rec. d. 811. n. 1. p. 18.*

Non obstante, quod dispositiones relativae regulariter solent generalitatem restringere ad immediate antecedentes expressa, ad tradita per Surd. *conf. 5. n. 25. & 26. Grat. disc. 279. n. 11. & seqq. Rota dec. 326. n. 4. p. 16. & dec. 20. n. 8. p. 17. rec. Quia praegnantia verborum, & necessitas, seu congruentia intermediae dispositionis circa sola feudalia, & Emphyteutica pro majori cautela, & corroboracione Primogenitae, quoad ipsa, quorum concessiones, & investiturae sine autoritate Pontificae alterari non poterant, non admittunt restrictionem relationis ad sola feudalia, & emphyteutica ex traditis per Bald. *conf. 357. in princ. lib. 4. & firmat. per Rota coram Duno. Jan. dec. 853. nu. 3. & dec. 857. n. 4. & in rec. dec. 514. n. 5. p. 4. tom. 3.**

Et quae minus concurrente non solum identitate, sed majoritate rationis, quia si Papa in feudaliibus, in quibus regulariter propter particularem interesse Camerae Apostolicae Dominus directus non intrat statuti continuationum possessionis, ut tradit Grat. *disc. 732. n. 66. & 77. Cyriac. *cont. 12. n. 59. & seqq. Maref. cor. ref. lib. 2. c. 16. n. 6. Poth. de manut. obseq. 1. n. 64. & 65. & cumulat per Bonden. colluct. legal. colluct. 1. n. 34. vol. 2. Rot. cor. *Coc. dec. 448. n. 56. & in rec. dec. 692. n. 3. p. 3. Voluit illam continuari de Primogenito in Primogenitum. Fortius censeri debet hoc etiam voluisse indulgere respectu allodialium, in quibus nemini irrogabitur praedictum, & quorum natura minus resistit continuationi possessionis, quam feudaliu, ut in simili arguit Rota coram Duno. Jan. dec. 857. n. 5.***

Secundum vero tollitur ex facto. Quia ex fide Baptismatis, & matrimonii in actis exhibita liquet, D. Liviam esse hodie primo natam, & nuptam in una ex quatuor familiis in Primogenitura designatis, & hoc est notorium, atque incontrovertibile.

Nec obstat replicatio, quod licet ipsa sit Primogenita naturalis, nihilominus non probet se esse talem civitatis; nihilominus habet ad succedendum, Quinimo contrarium appareat ex eo, quod anno aetatis suae 25. non solum non declaravit se velle nubere juxta legem Primogenitae ibi: *Et amplius ne duxisset in suspenso, & incerto successio in dicta Primogenitura, & majorata, videm DD. fratres unanimiter disposuerunt, & mandarunt singulis Primogeniti ad successorem vocati, si scilicet cui d. successio pro tempore aperitur, cum primum pervenerit ad 25. ejus aetatis annum declarare, seu declarare debeat, an velit facti initiari, & in celibatu vivere, seu potius uxorem ducere, & si elegerit uxorem, illam cum effectu ducere teneatur intra 30. annum completum, alias ead. ad commodum Primogenitae, & illa aperiatur, & devolvatur alteri etc. Sed ultierius emiserit in Conservatorio Septem Dolorum solemnem oblationem ipsius, adeoque verbis, & facto declaravit contrarium animum non nubendi; Quia obiectum forsitan procedere posset, quando tunc venisset casus purificationis substitutionis ad favorem D. Liviae, de quo praesens locutio loquitur leg. Primogenitae. Secus vero in praesenti, in quo purificatio ad illius favorem evenit postquam Sacra Congregacio declarando illud non esse regulare, censuit non fuisse alitridum ad continentiam, ipsaque matrimonium contraxerat, & filios suscepit, hoc enim casu sufficit, quod de tempore aetatis successiones reperitur habilis ad succedendum, habetque qualitates ad Testatore designatas, nullatenus atenta incapacitate praecedenti, ut consilium Federic. de Sen. *conf. 26. nu. 2. & per tot. ubi inquit quod si quis delata successione reperitur Monachus in Monasterio incapax, non potest in hereditate succedere, etiam si ex post facto ad Monasterium incapax transierit; locus autem si de tempore delatae successione jam ad Monasterium capax invenitur: de incapacitate praecedenti curandum non est etc. quem sequitur Molin. de primog. lib. 3. cap. 2. num. 16. & 17. Tiraq. de retrad. lig. no. 6. 1. gloss. 9. nu. 103. Castill. *contro. jur. lib. 3. c. 5. nu. 3. Micr. de major. p. 1. q. 2. sub n. 53. vers. ex quo inferitur, & n. seq. & p. 2. q. 3. n. 143. Minuque oblatione, & promissione perpetuae ita***

bil-

hilitatis emissae juxta consuetudinem ante memorati Conservatorii; Quia cum Sac. Cong. Concilii Tridentini declaraverit, illud non esse Monasterium Regulare, sed simplex Conservatorium Oblatarum, quae non emittunt tria vota solemnia, & signantur Castitatis, prout ipsa voluit emittere ad tradita per Navarram *conf. 8. nu. 9. cum seqq. de stat. Monachorum, T. Amb. de jur. Abbat. disp. 7. q. 5. per tot. sequitur quod tam oblatio, quam promissio perpetuae stabilitatis in loco non Regulari, sed ex tuo primaevo Instituto matrimonium subinde contractum cum licentia Ordinarii in faciem Ecclesiae ut notat Diana *ref. mor. p. 8. trad. 7. ref. 88. sed nec minus excludit ad successione, a qua tam ad sensum constitutum Primogenitae, quam juxta dispositionem Juris, excluduntur solum professi in Religione, quae requirit perpetuum Caelibatum, non etiam eligentis statum Caelibem, Variabilem, & permittentem transitum ad matrimonium, quando jam de tempore aperta successione dimisso statu habili reperitur habilis ad succedendum, ut in simili de Clerico beneficiato in minoribus feudis, nihilominus sit integra, & antequam per mortem ultimi Possessoris eveniat casus succedendi, Clericatum, & beneficium dimittat, succedere possit in feudo tradunt Ca. *Med. conf. 2. nu. 74. cum plurib. seq. Graff. de effect. Cler. effect. 4. n. 86. Barry de success. lib. 18. tit. 6. sub n. 5. vers. addit. ibidem. Rosset. de feud. c. 7. concl. 30. num. 1. & seqq. Donat. Anton. de Marin. *ref. lib. 1. c. 120. nu. 15. & ibi Roder. in addit. n. 17. 18. de Ponte dec. 4. n. 4. & seqq. Revert. dec. 95. n. 2. Capp. dec. 115. n. 2. & seqq. & in terminis Primogenitae Rota cor. Eminenss. Card. Cerro dec. 344. num. 17. & 18. Et praesens in Causa hujus Primogenitae comprobavit exemplum clarae memoriae Ducis Philippi ultimum defuncti, qui de tempore illius purificationis ante sui favorem reperiebatur in facta Caelib Clericali, & Praelatio Curiae.****

Tertium vero nec etiam relevat. Quia renunciatio tantquam facta occasione ingressus in Conservatorium, non Primogenitae expressae praecipit, illam fieri ad feminis nubentibus tamen in Saeculo, quam in Domino, & quatenus non fiat, haberi pro facta, remanet resoluta per egressum, perinde ac si illa nunquam emanasset, ut praeter allegatas in praecedenti decisione §. *Idemque tradunt in terminis Religiosorum votis simplicia absque professione solemnibus, & immutabili, Sanchez de precept. decalog. lib. 7. cap. 1. n. 7. & seqq. Cutell. de donat. tr. 1. dec. 2. p. 4. n. 24. fol. 62. de Matr. quod ref. l. 2. ref. 19. n. 25. & seqq. cum aliis allegatis per Tor. de post. futur. *lib. 2. c. 25. n. 202. & 203. & per valet impedire beneficium continuationis possessionis in confirmatione Apostolica concessum, ut tradit Camerac. *respons. 3. n. 14. & Thomat. dec. 35. n. 49. Quicquid dici possit, quando Renuncians de tempore delatae successione adhuc existisset in Monasterio, in quibus terminis loquitur Camerac. *respons. 21. in contrarium allegat.****

Et quae magis, quia ultra dispositionem Juris, concurrat etiam mens, & voluntas Institutum Primogenitae, & Papae ad illorum supplicationem eam in omnibus, & per omnia confirmantis, & concedentis continuationem postquam linea masculina in Primogenitum, dum in deficientiam Viduam volentem nubere cum uno ex quatuor obstantem renunciatione, quae ab ipsa fuisset realiter facta, haberetur pro facta.

Nec quidquam refert, quod in renunciatione fuerint etiam expressae aliae Causae ultra futurum ingressum in aequalis potens sufficiens principalis effectus, & finis. Quia in principio proemii Instrumenti solum exprimitur praecedente renunciantium in Institutibus Primogenitae feminis nubentibus in Saeculo, vel in Domino, & futurum ingressum in Conservatorium: Et licet in progressu Instrumenti enuncientur etiam aliae, nihilominus quia ex tunc ingressus semper fit cum aliqua specialia nota, & dilata est in citatione facta proximioribus consanguineis ad interessendum renunciantium, sicut expressa unica Causa ingressus, & futurae professionis, sic haberi debet pro Cau-

sa finali, aliae vero pro impulsivis, ut in specie tradunt Altiograd. *conf. 36. num. 14. lib. 2. Mellin. in addit. ad Castill. de alim. cap. 36. §. 9. num. 32. & seqq. Botiglier. de success. theobrem. 63. sub num. 28. & dixit Rota coram Duno. Jan. dec. 666. num. 31. coram Bieb. dec. 586. num. 13. coram Merlino. dec. 126. a. m. 2. cum seqq. in recent. dec. 587. num. 2. & seqq. part. 1. dec. 109. num. 1. & 2. par. 5. & dec. 56. num. 5. part. 17. pro inferis potius ex stylo Notari ad colorandam renunciationem, quam ex voluntate Partium ad firmata per Rotam in Romana Hereditatis de Scarincis 20. Martii 1684. §. Non solum & seq. coram R. P. D. meo Hervault, & 23. Martii 1685. §. Parum voleat. §. Si quidam coram R. P. D. meo Rondino, & in alia Romana Hereditatis de Lanuvio 18. Junii 1685. §. Perum ultierius coram eodem.*

Prout nec pariter facit, quod Renuncians ut fuerit etiam verbo donationis, & promiserit, renunciationem esse realem, & perpetuam etiam in casu deficientiae linea masculinae, Quia terminus donationis appositus in similibus renunciationibus non altera illarum naturam, cum censetur adhibitus pro majori expressione, & adimplemento rerum renunciatum, ut dixit Rota *dec. 23. n. 13. & seqq. part. 15. rec. & promissio realis, & perpetua renunciationis, seu Donationis etiam in casu deficientiae linea masculinae, intelligitur firmo manente proposito permanendi in Religione, aedem sit renuncians subinde egressa re integra, & ante apertam successione, recuperet omnia bona renunciat, vel donata, Socin. Sen. *conf. 183. num. 3. lib. 2. Gratian. *disc. 96. num. 22. 34. & 35. & disc. 97. nu. 1. Botiglier. de success. theobrem. 63. n. 23. Ciroch. *disc. 74. num. 12. Rot. dec. 586. num. 4. & seqq. part. 5. recent.****

Demum nil juvat, quod exceptio renunciantium resulter ex publico Instrumento clario, ac liquido, replicatio vero resolutio requirit altiorum indaginem, in idque discuti non debet in hoc Judicio possessio, quod fuit suspensa cognitio petitorum, sed sit reiicienda ad petitorum, & interim non attendenda, donec per tres sententias conformes fuerit canonizata. Quia resolutio renunciantium provenit ex ventre ipsius Instrumenti, quod habet in se tacitam conditionem, quatenus renuncians in Religione permaneret, ac propterea sicuti exceptio renunciantium ex illo probata in hoc Judicio obstat agenti, ita etiam replicatio resolutio, Argel. *de acqu. poss. qu. 2. art. 7. nu. 236. cum seqq. Rot. post Pacific. de Salvan. *disc. 83. sub n. 13. vers. quia sunt de intentione rei, & in rec. dec. 74. nu. 25. par. 10. Quicquid esset quando replicatio deduceretur ex probationibus extrinsecis, vel esset in Jure dubia, Tum etiam quia non subsistit, quod ea requirit altiorum, dum de tempore aperta successione resolutio renunciantium fuerat canonizata per sententiam A. C. quia Dux Philippus ultimus Defunctus fuit condemnatus solvere D. Liviae scut. 25. mill. pro Dote, ad quam non tenebatur, nisi praesupposita resolutio renunciantium.**

Non suffragante replicacione, quod ab ista Sententia fuerit interposita appellatio; Quia illa fuit admissa in devolutivo tantum, & Sententia fuit executioni demandata per actualem solutionem seu. 25. mill. Et in omnem casum, quatenus inter extra veri praesudicium obstat possit hujusmodi exceptio, illa tamen tanquam de Jure Tertii non esset allegabilis ad Dominam Cleria, ad cujus favorem non fuit specificata facta renunciatum, ad formam, & juxta praecipuum primogenitae, ad favorem omnium vocatorum, inter quos, non est comprehensa D. Cleria nupta extra quatuor familias in Primogenitura nominatas, sed duntaxat Filius prius primogenitus D. Liviae, qui utpote succedens Jure propriae vocacionis, non remanet exclusus per renunciationem Matris, Tiraquell. *de jur. primog. q. 40. nu. 187. Micr. de major. p. 2. q. 4. illat. 2. nu. 34. Olea de cess. jur. tit. 3. q. 4. nu. 31. & seqq. Guttierrez *practico. quest. lib. 5. qu. 71. n. 13. Rot. dec. 26. num. 16. & 17. par. 8. recent. & dec. 265. num. 15. & seqq. part. 13. recent. Non obstat quod de tempore renunciantium Matris non existeret, adeoque jus in spe succedendi post obitum ultimi possessoris dicitur quatenus ipse D. Cleriae adhuc in nupta. Quia ultra quod tunc aderant aliae feminae natu majores, quae D. Cleriam poterant excludere, et non fuit quatenus aliquid jus certum, & irrevocabile, sed incertum, & eventuale, quod vanum per nuptias ab ea contractas extra quatuor familias, & Na-**

Nativitatem Filiorum D. Livie qui licet nati post renunciationem Matris, adhuc non sunt exclusi a jure propriae vocationis, ut dicit Rota coram Remboldo dec. 438. num. 1. v. res. nec obstat n. 3. & dec. 459. num. 3.

Ex quibus, & aliis in precedenti Decisione latus deductis resolutum fuit fundum esse in decis. Utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis.

Sabbathi 23. Januarii 1694. Rota Martimiana.

ARGUMENTUM.

In eademem Causa in qua scripsit Card. de Luca de Fidei. Disc. CCIV. firmatur quod Primogenitus qui ante apertam successione professionem emittit in loco non regulari non dimittit Jus successione favore secundogeniti sui de tempore apertæ successione requisita habeat ad successione cum habilitas ad hunc effectum de eo tantum tempore attendatur.

SUMMARIUM.

- 1 Primogenitura debetur ei in quo concurrunt qualitates volitæ a Testatore.
2 Ex quibus excludatur animus permanendi in perpetuo celibatu.
3 Monasterium S. Mariæ septem dolorem Urbis non est regulare.
4 Promissio perpetuæ stabilitatis in loco non Regulari non reddit inhabilem ad contrahendas nuptias.
5 Primogenitus semel admittis semper remanet legitimus Primogenituræ Possessor licet denuo aliquid emerget quod emisset ante delatam successione cum a successione exclusisset.
6 Primogeniti senes seu inhabiles ad generandam effecti non possunt a proximè vocato Primogenituris privari.
7 Habilitas ad succedendum tantummodo spectatur de tempore apertæ successione eaque si aditu congrua reputatur ad effectum succedendi, licet medio tempore adfuerit inhabilitas & m. 9.
8 Clericus Beneficiatus in Minoribus constitutus licet excludatur a successione feudi atamen si ante casum successione clericatum, ac beneficium dimittat capax redditur succedendi etiam in feudo.
9 Dicitio (dummodo) importat specialem modificationem.
10 Dicitio (tunc) restringit dispositionem.
11 Primogenitus illo solam dicitur qui talis reperitur tempore delatæ successione.
12 Qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus ipsius verbi.
13 Declaratio faciunda certo tempore ante tempus fieri non debet.
14 Qualitas si non verificetur præceptum non obligat.
15 Privatio supponit habitum.
16 Dicitio (scilicet) declarat & restringit superius dicta ad particulariter expressa.
17 Siatum excludens feminam maritatum non comprehendit Viduam que de tempore delatæ successione denuo potest matrimonium contrahere.
18 Obligatoria que oritur ex facto Auctoris non potest per Heredem impugnari.
19 Quando in Primogenituris non dicatur habita in consideratione incapacitatis medi tempore, sed tantum illa de tempore apertæ successione.
20 Jus Primogenituræ non deservit ad eum qui de tempore apertæ successione non habet qualitates volitæ a Testatore.
21 Probatio desumpta ex propria confessione superat omne genus probationis.

DECISIO CIX.

Aboluto summariissimo possessorio, in quo Excellentissima Domina Ducissa Livia Cæsarina ad exclusionem Excellentissime Domine Clericæ Principissæ Som-

neni victoriæ aleam affecta fuit; reportando prævisis duabus decisionibus editis sub diebus 17. Junii 1686. coram bon. mem. Alberгато, & 13. Januarii 1687. coram Reverendiss. D. meo Decano, Mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi omnium honorum & jurium Primogenituræ nobilissimæ, & antiquissimæ Familiiæ Cæsariniæ, illudque autorizante Signatura Justitiæ cum rescripto sine præjudicio, fuerit postmodum executioni demandatum, aggressum est iudici peccitiori, & boni juris examem, super quo, ut moris est, dato congruo dubio, An, & de cuius bono iure consistat, seduloque, ut gravitas Cause expostulabat, libris rationibus hinc inde lato calamo deductis DD. constare de bono iure suæ pramemoratæ Domine Ducissæ Livie vitam esse.

Stetit decidiendi ratio in eo, quod illa fundatam habet intentionem in clara lege Primogenituræ Cæsariniæ, ubi ejus Institutores deficientibus omnibus eorum posteris masculis tam legitimis, & naturalibus, quam illegitimis, succedere voluerunt feminam proximam legitimam, & naturalem ultimo masculo proximiorum, omnetque dictæ feminæ filios, & descendentes ordine Primogenituræ, dummodo tamen tunc nupti repiretur & quatenus non esset nupta, nuberet alicui secundo, vel ulterius genito ex quatuor familiis consanguineis, nempe Urina, Cajetana, Sfortia, & Cælia, ut liquido constat ex verbis Primogenituræ ibi (Extinctis vero lineis masculinis legitimis, & naturalibus, & quatenus illegitimus non extaret, in omnibus, & singularibus bonis, & juribus in presentia Majoratu, & Primogenituræ comprehensis succedere voluerunt ex nunc protine, & in hujusmodi casum, & eventum ad illorum successione unanimiter vocarunt, & nominarunt filiam feminam primogenitam in gradu proximiorum ultimo descendentes primogenito, & deinceps ejusdem filie feminæ filios, nepotes, & alios descendentes de primogenito in primogenitum, dummodo dicta filia femina sic vocata TUNC nupta sit, & repereatur cum aliquo nobilissimo viro secundo, vel alias deinceps genito ex nobilissimis Domibus, vel sibi in fratre consanguineorum Baronum Romanorum ipsi Dominis Fratris consanguineorum, videlicet ex Familia Ducis Joannis Antonii Ursini Ducis Sancti Gemini, ex Familia Cajetana Ducum Vermonetæ, ex Familia Sfortia Ducum Signiæ, & Cælia Ducum Aquæ Spertiæ, & quatenus non fuerit nupta, nubere cura uno ex dictis nobilissimis Familiis prædictorum Baronum Romanorum.

Quare cum anno 1665. fato cesserit nullis relicti filii, Dux Philippus Cæsarinus ultimus primogenitus masculus, & ex duabus feminis ad Primogenituram concurrentibus, nempe Excellentissima Domina Ducissa Livia, & dicta Excellentissima Domina Principissa Cleria ambas filias Ducis Juliani germani fratris Ducis Philippi, præfata Ducissa tunc nupta repiretur cum excellentissimo D. Federico Sfortia quartogenito ex Ducibus Signiæ Familiiæ Sfortiæ, utique clarum appareat ejus bonum jus, cum in ea ad unguem concurrant omnes qualitates a conditoribus controversæ Primogenituræ exoptatæ. Mōl. de primog. Hisp. l. 1. c. 11. n. 9. Rota decisio 185. n. 2. & 3. par. 5. & admittitur in citatis decisionibus hujus Cause, impletur apud Torrem de successione in primog. & major. Ital. par. 3. dec. 74. & 75.

Nec ad excludendam Ducissam a successione controversæ Primogenituræ juvat allegare, quod in ista præcipitur, sunt verba præfata ibi. Ut singuli Primogeniti, scilicet, qui dicta successio pro tempore aperitur, cum primum pervenerit ad vigesimum quintum ejus ætatis annum declarare, seu i declarasse debeat, an velit Sacris initiari, in celibatu vivere, seu potius uxorem ducere, & si elegerit uxorem illum cum effectu ducere teneatur ante trigessimum annum completum, alias cadat a commodo presentis Primogenituræ, & successio in ea aperitur, & devolvatur alteri juxta ordinem ad Primogenituræ, ex quibus verbis Scitentes pro D. Principissa interebant, quod cum D. Ducissa pluries declaraverit velle Christo famulari, vitamque celibem ducere, ac Moniale effici, ut deducebant ex epistola pro ipsam Matris suæ conscripta de Mense Octobris 1663. ex renunciatione occasione ingressus in conservatorium Septem dolorem emissa sub die 11. Aug. 1665. ex solemnè oblatione sui ipsius die 29. Augusti 1665. & demum ex judiciali depositione plurimum Oblatarum nuper examinatarum evaleat exinde incapax succedendi, & perditam declarationem fuerit jus quæsitum, & aperta successio irrevocabiliter favore Principissæ. Et enim

Etenim hujusmodi objectum, super quo, prætermisissis aliis deductis in præcedenti Instantia, & relatis per Roccam disp. Jur. 10. 2. c. 349. unquam hodiernæ infestabat Defensores Principissæ, removeri exilitariunt Domini, quæ ex dictis actibus non constat de deliberato animo Ducissæ permanendi in perpetuo celibatu, & non contrahendi unquam matrimonium, cum illis contrarietur epistola bo. me. Cardinali Albritii relata in Summario Ducissæ n. 11. in qua ipse testatur, quod antequam Principissa matrimonium cum bon. mem. Principe Somneni contraheret, significaverat Duci Philippo patruo Ducissam majorem habuisse voluntatem contrahendi matrimonium, quam Principissam, cui epistola Dux respondit (Che la Madre havendo il predominio sopra di essa, l'haverebbe fatta fare à modo suo.

Item attestatio Patris Marracci Religiosi Confessarii san. me. Innocent. XI. & Oblatarum dicti conservatorii, in qua affirmat, se transfuisse ad Terram Cinthiani ad requisitionem Ducissæ, ut certificaret Duem Julianum ejus Patrem, quod ipsa non intendebat emittere professionem in Conservatorio nec Monialis effici, sed in seculo permanere, & quidem in statu conjugali.

Item dispositio judicialis bo. me. Patriarchæ Altoviti, qui juxta undecimum testatus fuit, quod dum, adstantibus omnibus Oblatis dicti Conservatorii, publicavit constitutiones dicti loci, Ducissa expressè dixit, ipsam nolle acceptare præfatas Constitutiones ex quo per hanc acceptationem sibi præjudicium irrogare volebat in contrahendo in futurum matrimonio, quod idem affirmant Superioriffa, & Vicaria ejusdem Conservatorii; Et demum judiciali depositio duarum ex Oblatis ejusdem Conservatorii idipsum attestantium.

Neque his contraponi merentur judiciales attestations aliarum Oblatarum ad instantiam Principissæ examinatarum, nam ex illis tantum deducitur, Ducissam habuisse notitiam de matrimonio contracto per Principissam, eique consensisse publicè, & palam, demonstrando signa lætitiæ circa illud, & nativitatem Primogeniti, ut etiam attestatur aliæ duæ Excellentissimæ Sorores degentes secum in eodem Conservatorio tempore talis matrimonii; Ex his autem non concluditur animus in Ducissa alienus a matrimonio contrahendo, seu perpetuè permanendi in celibatu, cum sint signa æquivoca, & ad aliud referibilia, vel ad lætitiæ ratione conspicuitatis matrimonii cum Principe Somneni, vel ad perpetuè tenentem Domus, & Familiiæ Cæsariniæ, quæ magis asecurabatur mediatis duobus matrimoniis, tam illo Principissæ, quam alio, quod Ducissa contrahere intendebat, prout paulo post contraxit.

Cæterum quatenus etiam ex actibus supra relatis. Nec bene excludendam, posset affirmari, constare de declaratione animi Ducissæ vivendi in celibatu, & abstinendi a nuptiis, non inde tamen ex hujusmodi declaratione sibi præjudicium irrogasset, quo minus succedere possit in controversa Primogenitura.

Primo, quia declaratio versaretur circa electionem status cælibis in Conservatorio Oblatarum non emittentium tria vota solemnia, & signaret castitatis, quia proinde status variabilis, & mutabilis, ac non impediens matrimonium, prout declaravit Sac. Congr. Concilii die 3. Julii 1673. existimans per oblationem factam à Domina Livia matrimonium contractum non divini; & successivè die 30. Septembris ejusdem anni, Locum Sanctæ Mariæ Septem Dolorum non esse Regularem, & consequenter tam Oblato, quam promissio perpetuæ stabilitatis in loco non Regulari, sed ex suo primævo Instituto variabilis, & mutabilis, & non impeditivum matrimonii, non potuit reddere Ducissam inhabilem ad succedendum, dum post nuptias contractas à Principissa extra quatuor Familias, dimisso celibatu matrimonium contraxit cum ex quatuor Familiis.

Quod convincitur ex littera Primogenituræ, in qua solùm excluduntur illi Religiosi, qui per solemnem professionem, & Clerici, qui per sacrorum Ordinum susceptionem obligantur ad perpetuum celibatum impeditivum matrimonii, non autem illi, qui tempore delatæ successione possent, dimisso celibatu, matrimonium contrahere, ibi Excludis etiam Religiosos tam Regularibus, quam Secularibus, ac Militibus eorum Religiosum, quæ requirunt celibatum, & excludunt matrimonium, prout Clerici secularibus in Sacris constituti, quos semper excludi voluerunt non odio Religiosis, sed ut perpetuo bona mediante matrimonio in Fam-

lia, & pro conservatione Primogenituræ hujusmodi manententur.

Secundò, quia tempore, quo asserta animi declaratio emissa fuit, nondum evenerat casus purificationis substitutionis, cum superviverent Dux Julianus Pater, & respectivè Dux Philippus Patruus, qui postquam pro obitu dicti Ducis Juliani fratri Primogenituram fuit affectus, illam potuit retinere, & legitime retinere donec vixit, 5 quamvis ex post ei supervenisset asserta inhabilitas ad generandum, nam Primogenitus semel admittis, semper remanet legitimus Primogenituræ possessor, licet aliquod de novo emergat, quod si emerisset antè delatam successione, eum a successione exclusisset, Molin. de Primog. lib. 3. cap. 10. n. 11. & seq. & pluribus aliis relatis firmat Castill. contr. jur. lib. 3. cap. 1. §. n. 12. Alias enim omnes Primogeniti senio, seu inhabiles ad gerendum effecti, possent à proximè vocato Primogenituris privari, & tamen contrarium de jure, & de facto servatur.

Et tempore delatæ successione pro obitu Ducis Philippi ultimi masculi, præfata Ducissa jam è Conservatorio egressa erat, & matrimonium contraxerat cum viro ex Familiis consanguineis contemplatis in Primogenitura, filioque susceperat, sicque hoc tempore habilis ad succedendum reperiretur ex concursu in ea omnium qualitatium ad primogenituram requisitarum, hoc sufficit, ut attenda illius lege, & juris communis dispositione ei successio adjudicetur, qua nuntius medio tempore adfuit inhabilitas, seu incapacitas, ad Text. in l. Sed scinditioni §. 2. ibi Solemus dicere media tempora non nocere & l. Liber homo §. si heres ff. de hered. instit. ibi. Heres si inter illud tempus, quo Testator decessit, redierit, aut si sub conditione heres institutus est, quo tempore conditio exiit, idem & in legatis, & in bonorum possessionibus Federic. de sen. conf. 2. n. 7. n. 2. & per totum, de Primog. lib. 3. cap. 2. n. 16. & 17. Tirruell. de retrad. lignag. §. 1. gloss. g. n. 103. Castill. contr. jur. lib. 3. cap. 5. n. 3. Mieres de Majorat. p. 1. q. 2. sub n. 3. v. res. Ex quo inferitur, & n. seq. p. 2. q. 3. n. 193.

Quod confirmatur exemplo Clerici Beneficiati in Minoribus constituti, qui etfi regulariter excludatur à successione Feudi, tamen si re integra, & ante casum successione Clericatum, & Beneficium dimittat, capax redditur succedendi etiam in Feud-Castill. Medic. conf. 2. n. 74. cum pluribus seq. Cras. de effici. Cleric. effici. 4. m. 68. Baris de success. lib. 18. tom. 6. nu. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 30. nu. 1. & seq. Anton. de Marin. resol. lib. c. 120. n. 15. de Posse dec. 4. nu. & seq. Capicuis dec. 11. §. n. 11. & seq. & in terminis primogenituræ Rota dec. 344. nu. 17. & 18. coram bo. me. Cardinali Cerro.

Et ad hoc tempus delatæ successione pro obitu ultimi masculi præcisè repositæ conditores primogenituræ ad dignoscendam habilitatem feminæ primogenite indubitanter convincitur ex illis verbis appositis post deficientiam lineæ masculorum, ibi. Et nunc pro suo, & in hujusmodi casum, & eventum vocarunt, & nominarunt filiam feminam primogenitam, dummodo tunc nupta sit, & repereatur cum aliquo nobilissimo viro secundo, vel alio deinceps genito ex Domibus seu Familiis &c. & quatenus non fuerit nupta, nubere debeat &c. Hujusmodi namque verba restringunt vocationem, & aperitionem successione ad præfatum casum obitus ultimi possessoris masculi; Si quidem casum obitus ultimi possessoris masculi, & distinctioem cuiusvis alterius legis, & contra distinctionem cuiusvis alterius legis, seu conditionis præscriptæ in vocationibus Primogenitorum masculorum, Rebuff. in prac. tit. de dispens. rat. atas. in verbo Privio in princip. Paris. conf. 47. n. 7. volum. 3. cum aliis allegatis per Barbof. dictio. 95. n. 9. Prout altera prædicta dicitio Tunc, restringit ad solum tempus obitus ultimi possessoris masculi; Cardin. Carr. dec. 344. n. 10. & seq. & in rec. decis. 95. nu. 32. & 33. & part. 11.

Et fortius, quia ipsamet declaratio de nubendo, quam Institutores à Primogenitis fieri voluerunt, restricta legitur ad tempus delatæ successione, ut patet ex illis verbis ibi (Ut singuli Primogeniti, scilicet, qui dicta successio pro tempore aperitur) & ex aliis subsequentibus ibi (Alias cadat a commodo presentis Primogenituræ, & successio in ea aperitur, devolvatur alteri, juxta ordinem dictæ Primogenituræ proximè vocato). Ex eo enim quod declaratio nubendi fieri debet in Primogenito, cui aperta sit successio sub pœna caducitatis, & devolutionis ad alium vocatum utique.

Tum quia Primogenitus ille solum dicitur, qui talis re-

perit tempore eventus conditionis, & sic delata successione, Meres de Major p. 3. q. 4. tit. 3. n. 12. Rot. cor. Bich. dec. 602. n. 20. & seq. sine ulla hesitatione concurrentibus illis verbis (si scilicet, cui dicta successio pro tempore aperitur) Barb. dicit. 357. n. 1. Rota cor. Dunoj. jur. dec. 648. n. 12.

Tum quia qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus ipsius verbi, & declaratio faciendae certo tempore, ante tempus fieri non debet. Decius de reg. jur. reg. 17. m. 3. Tum quia nisi qualitas verificetur, preceptum non obligat. l. 4. §. Praetor ait. ff. de damn. infest. Coc. dec. 117. num. 1. Et demum, quia privatio cum devolutione successione ad alium vocatum per se importat praecedentem habitum, & sic praecedentem successione delationem, l. Decem. ff. de verb. oblig. Alex. Nevo. conf. 17. n. 3. Rota dec. 75. n. 5. p. 16. & dec. 320. n. 4. per. 17. rec.

In nihilo refragante, quod conditores Primogeniturae locuti fuerint etiam per verba praeteriti temporis, ibi (Seu declarasse debeant) quia per haec debet intelligi, quod possit emitti declaratio ab eo, cui aperta fuit successio etiam ante vigesimum annum, sed semper retento themate successione aperte, vel delata, ut indicant verba illa antecedentia, ibi (si scilicet, cui dicta successio pro tempore aperitur) Dicitio namque scilicet, declarat, & restringit superioribus dicta ad particulariter expressa, Barb. d. 357. n. 1. Rota cor. Dunoj. Jun. dec. 648. n. 12.

Idque robor sumit ex tribus exemplis: Primo nempe feminam viduam repetere tempore purificatae successione; quae per conditores Primogeniturae ad succedendum habitatur quamvis praecedentem matrimonium extra quatuor Familias in ea contemplatas contraxisset, licet per illud incapax effecta fuisset ad succedendum in terminis Statuti excludentis feminam maritatum, si illa tempore successione effecta sit vidua, & denud possit matrimonium contrahere, quod admittitur ad successionem, tradunt Brun. de Statut. fem. exclus. art. 6. cas. 4. q. 20. m. 287. & seq. cum aliis laudatis per Carpan. ad Statut. Mediol. p. 1. c. 310. n. 72. & admittitur in prima decisione huius causae coram bono. Albergato, §. Quaedam antequam.

Secundò Ducis Philippus ultimi masculi, qui licet tempore delatae successione esset Praelatus, & Camerarius Apostolicus Clericus, et tamen Primogenitura adjudicata fuit, quia dimisit statum Clericalem, & se posuit in statu, in quo matrimonium contrahere poterat, exinde enim insurgit valida obervantia intentionis Institutum Primogeniturae, quam Principissa haeres dicti Ducis impugnavit nequit, Rota cor. Fel. record. Alex. VIII. dec. 344. n. 13. & seq. & fuit consideratum in secunda decisione huius causae emanata cor. Keverendiss. D. mo. Decano, §. Non obstat, in fine.

Et tertio Religiosorum, qui ex lege Primogeniturae excluduntur dumtaxat, quatenus Religio requireret caelibatum, & excluderet matrimonium, ibi (Exclusi semper feminis, nec non masculis ex feminis descendentes, atque etiam Religiosi tam Regularibus quam Secularibus, ac Militibus eorum Religionum, quae requirunt caelibatum, & excludunt matrimonium.) Unde ex praedictis aperte convincitur, quod non sicut habita in consideratione incapacitas medii temporis, sed quod solum consideratum fuit, ut vocatus possit contrahere matrimonium de tempore aperte successione, Molin. de Primog. l. 2. c. 13. m. 16. & alter Mol. de Major. q. 613. n. 5. in fine, Guttier. de matrim. c. 30. m. 15.

Firmato itaque, quod iuxta legem Primogeniturae, & uniformem juris dispositionem non sint attendenda media tempora, sed capacitas Primogeniturae defendenda sit a die obitus ultimi possessoris, non solum inconcussa redditur capacitas Ducissae nuptae de tempore aperte successione, & respectivè incapacitas Principissae tunc nuptae extra quatuor Familias, sed indubitatum quoque est, nullum jus fuisse ei recurritur, Rota dec. 344. n. 14. cor. Card. Cero.

Et frustra de iuramento per Ducissam, & longè ante mortem Ducis Philippus aperta fuisset successio favore feminarum, dum ille non declaraverat velle uxorem ducere, & imò uti ad verba valetudini obnoxius amiserit spem filios procedendi, ideoque ex lege Primogeniturae incapax effectus fuisset, & jus quaeritum usque tunc feminis successivè vocatis.

Siquidem successio favore feminarum aperta solum fuit secuto obitu Ducis Philippus, ut misericordè, & per necesse resultat ex iudicio ad dicti Ducis favorem terminato per sententiam Rotalem in iudicatum transactam contra Ducissam praetendentem factum fuisse locum caducitati ob

transationem possessionis facti à Duce Philippo in persona Principissae, nec nõ ex altera sententia pariter Rotali denegatè iudicij prævitiu, in quibus sententiis Dux Philippus pro vero, & legitimo possessore Primogeniturae reputatur.

Et certò certius ex reiteratis confessionibus Principissae, & præcipue ex illa emissa in dicto Instrumento translationis possessionis, ubi Dux Philippus versus primogeniturae possessor asseritur. Item ex altera contenta in capitulis matrimonialibus ipsius Principissae, ubi haec habentur. Cbe occurrendo la morte del Signor Duca Cesarini, in modo che venga ad aprirsi la successione di detta Signora D. Clevia, in tal caso &c. Huiusmodi namque probatio desumpta ex propriis confessionibus superat omne genus probationis, l. Cum te la seconda. C. de transact. Rota dec. 80. n. 26. & 247. n. 1. p. 16.

Et ita, approbantibus DD. in reliquis fundamenta aliarum decisionum, resolutum fuit, utraque Parte acerrimè informante, & votantibus omnibus DD.

R. P. D. MOLINES.

Romana majoratus, & Primogeniturae de Caesarinis. Ven. 22. Aprilis 1695.

Et decisio alterius praecedentis confirmatoria.

S U M M A R I U M.

- Olemiss oblatio facta in Monasterio non regulari non impedit quin possit deinde contrahi matrimonium neque probat voluntatem perpetuo in caelibatu manendi.
- Habilitas ad succedendum de viro attenditur habito respectu ad tempus delatae successione.
- Etiamsi per antea quis esset tubabilis.
- Primogenitus ille dicitur qui talis requiritur de tempore delatae successione.
- Privatio praesupponit habitum.
- Statutum excludens feminam maritatum si illa tempore successione effecta sit Vidua ad successione admittitur.
- Declaratio facta à Primogenito vivendi in statu caelibatus si emissa sit ante apertam successione ex ea nullum jus acquiris secundogenitus adeo ut per subsequens matrimonium de tempore delatae successione omne jus resolvatur & n. 8.
- Alius aequivoce non praedjudicat.
- Actus voluntarii non possunt in plus obligare quam sit ipsamet voluntas.
- Ex subsequentibus declaratur qualis fuerit animus.
- Fideicommissum dividitur inter litigantes si articulus successione sit valde dubius.

DECISIO CX.

Adversus Decisionem coram me sub die 23. Januarii anni praeteriti editam, qua responsum extitit, constare de bono iure D. Ducissae Liviae super successione Primogeniturae Caesarinae, cum D. Principissa Sommeni audiri obtinuerit, disputato hodie de more Dubio an sit standum vel recedendum à decisio, standum esse in decisio DD. dixerit.

Subsistere quippe visa sunt fundamenta Decisionis confirmatae; Quia certum est decessisse ultimum Primogenitum masculum sine prole, remanente extinctas lineas masculinas, & naturales, & illegitimas non adesse, atque D. Ducissam Liviam tempore obitus praefati masculi nuptam fuisse repetam cum uno ex quatuor familiis nominatis, & cum eo filios iuxta conditorium Primogeniturae votum suscepisse, & consequenter manifestè constare de illius bono iure ex quo in ea concurrunt omnes qualitates requisitae à Conditoribus Primogeniturae in casu adjudicationis illius favore feminarum post deficiantiam masculorum, & illegitimatorum, ut late probatur in praecedenti mea Decisione huius Causae, §. Si esset decidendi ratio cum seq.

Abique eo quod pro excludenda dicta Ducissa Livia à successione Primogeniturae allegari valeat, quod ipso facto suo positivo se incapax succedendi reddiderit, dum declaravit velle ducere vitam caelibem, & à nuptiis abstinere, & sic quod ex huiusmodi declaratione jus succedendi delatum fuerit ad D. Principissam, licet nuptam extra quatuor Familias, & etate minore, stante quod ex lege eisdem Primogeniturae in c. quatenus n. 9. excludatur dumtaxat femina nupta extra quatuor Familias, quòd adest alia Femina habilis ad succedendum, alias illa quoque ejusque, filii succedere

dere possint, & ex altero amplius sub n. 14. remaneat exclusio quilibet vocatus ad primogeniturae, quatenus declarare velle ducere vitam caelibem, nollet, matrimonium contrahere.

Nam sedulo perpensa memorata primogeniturae lege, ac etiam sexto substitutionis gradu in quo eisdem Primogeniturae Conditores in casu obitus ultimi Primogeniti masculi vocatur filiam feminam Primogenitam, ejusque filios, dummodo tunc nupta esset, & reperiretur cum aliquo viro secundo, vel deinceps genito ex quatuor Familiis specificatis, & casu quo eadem Primogenita nupta reperiretur cum alio, penitus exclusa conferretur; Iterum placuit DD. responso data in Decisione praeterita, quod vel non constet de asserata declaratione animi Ducissae permanendi in perpetuo caelibatu, & abstinendi à matrimonio, vel si per possibile illa probaretur, eam tamen non relevaret, ut Ducissa per talem declarationem modò exclusa remanere debeat à successione Primogeniturae.

Et quidem asserata deliberata voluntas, & animi declaratione modo praedicto non resultat ex probationibus in antecedenti instantia adductis pro parte Principissae, & in hodierna repetitis. Non quidem prima ex Epistola de mense Octobris anni 1664. scripta Matri per Ducissam Liviam asserentem ibi: di. farni Monaca in questo Monasterio doppo bavero lo tanto desiderato: Neque ex susceptione habitus praecedenti examine, ac cum acceptatione capitulari, & cum licentia Eminentissimi tunc Vicarii Urbis data 11. Augusti 1664. relicto nomine Liviae, & accepto alio fororis Mariae Palcheriae S. Ambrosii cum subsecuto anno probationis; Neque ex renunciatione de eadem die 11. Augusti 1664. facta occasione ingressus in Monasterium, & cum asserativa, quod volebat in eo vitam caelibem ducere, & Altissimo familiarum; Nec tandem ex solemnè oblatione filii ipsius quam fecit die 3. Julii 1673. cum promissione perpetuae stabilitatis in Congregatione ac obedientiae iuxta consuetudinem ipsius Congregationis.

Quoniam omnes supra dicti actus fuerunt per Ducissam facti cum mentali & verbali relatione ad locum certum, & determinatum, quem ingrediebatur, & iuxta illius conditiones, & qualitates, ut patet ex dicta Epistola scripta Matri de anno 1665. ibi: di. farni Monaca in questo Monasterio. Ex instrumento Renunciationis ibi: vitanam caelibem velle ducere in Monasterio S. Mariae Dolorum; Et clarius ex ipsa in solemnè oblatione (ex qua manifestè colligitur qualis fuerit mens Dominae Liviae in omnibus antecedentibus actibus) ibi: promitto perpetuam stabilitatem in dicta Congregatione coarctationem mortum, & obedientiam iuxta consuetudinem praedictae congregationis. Cum autem dicta Congregatio, seu Monasterium ex sui fundatione, sed instituto non obliget ad votum solemnè castitatis, sed perpetuum caelibatum immutabile, & impeditivum matrimonii, imò variabile, & mutabile, & non impeditivum matrimonii, ut declaravit sub die 3. Julii 1673. Sacra Congregatio Concilii decessens per oblationem factam à D. Livia matrimonium contractum non dirimi, & die 30. Septembris eisdem anni: lacum Sanctae Mariae Septem Dolorum non esse regularem inde sequitur quod tam ingressus in dictum Monasterium, seu Congregationem nuncupat S. Mariae Dolorum, quam electio vitae caelibis, ac Renunciatio eius intuitu emissa, & oblatio cum promissione perpetuae stabilitatis regulentur ex natura loci, quem D. Livia ingrediebatur, & contineant intrinsecam conditionem, & quatenus illa persisteret in dicto loco à se electo cum libertate variandi, & matrimonium contrahendens. Et propterea sicuti iuxta naturam, & Statut. Cong. variabilis, & mutabilis erat status, ita quoque variabilis, & mutabilis remansit declaratio vivendi in caelibatu à D. Ducissa in ingressu emissa ita ut secuto egressu solum tunc resolutionem, & annulationem praefatae declarationis, & Renunciationis ejus contemplatione secute, ut in Decis. in hac Causa emanata cor. bo. mo. Alberg. 16. Junii 1686. §. Placuit Dominis admitti ducere, & §. Ideoque talis.

Tanto magis quia aliunde animus constar de animo dictae Ducissae non assumentis statum perpetuum caelibatum, sed contrahendi matrimonium, Tum ex judiciali dispositione bonae Patriarchae Altoviti athenis, quod in publicatione Constitutionum dicti loci, D. Liviae expressè tenent acceptare praefatas Constitutiones, eo quia per talem acceptationem nolebat ibi praedjudicare in potestate contrahendi futuro tempore matrimonium roborata ex attestacione Superioriorum, & Vicariae ac judiciali depositione duorum ex oblati eisdem loci. Tum etiam ex attestacione

Patris Marracci, Tum demum ex Epist. bo. mo. Card. Albitrii exhibitae in Summ. praeterito Ducissae n. 11. cui non adversatur alia Epist. ejusdem Card. data in hodierno summo. Principissae n. 2. quia ipsius tenore confirmatur, oblatas d. loci non emittere vota solemnè impeditiva matrimonii & praesertim loquendo de D. Livia in fine ait, ipsam nullum votum emississe ibi: ma il male sia che in lei ne meyo è voto.

Verum dato per possibile, quod per praedictos actus voluntarios constaret tunc temporis de deliberata voluntate permanendi in caelibatu perpetuo, & abstinendi à matrimonio nihilominus cum tempore, quod factus fuit locus successione per obitum ultimi masculi Primogeniti de facto D. Liviae à Cong. egressa matrimonium contraxerat cum viro ex familiis consanguineis contemplatis in primogenitura, filioque susceperat, & ob id concurrant in ea de hoc tempore qualitates à Conditoribus Primogeniturae requisitae, hoc satis est ut ei successio in contraversis bonis iudicanda veniat, quantumvis antecesserit inhabili, sed incapax extitisset. Habilitas namque ad succedendum attenditur de iure habito respectu ad tempus delatae successione. Si conditioni 6 §. 2. leg. Liberatorum 59. §. Si heres ff. de hered. instit. Federic. de Sen. conf. 26. n. 2. & per tot. Mol. de Prim. l. 3. c. 2. n. 16. & 17. cum aliis in Decis. quae revidetur §. Et tempore.

Et per hoc Clericus Beneficiatus in Minoribus constitutus admittitur ad successionem feudi, si tempore delatae successione per dimissionem habitus clericalis, & declarationem velle succedere in feudo habilis reperitur tempore successione, Cglar. de Graf. de effect. 4. n. 86. Donat. Ant. de Marin. lib. 1. cap. 120. n. 15. Capic. dec. 115. n. 11. & seqq. Rot. dec. 344. n. 17. & 18. cor. Cero; quae loquitur in terminis Primogeniturae, Et de professo in Religione Societatis Jesu cum tribus votis Castill. dec. 201. mun. 9. vers. quibus omnibus usque ad 32. ubi refert ita fuisse iudicatum, Castill. de dotat. contemp. marim. to. 1. disc. 2. p. 4. m. 25. vers. tertius casus cum seq. Et de Primogenito in alia Religione Caldas in l. i. Curatorum verbo implorare nu. 26. & 29. C. de integ. restit. Mieroz. de Majorat. p. 2. m. 193.

Quae eo magis procedunt ex verbis Primogeniturae contentis in ea parte, quae praecipit declaratio de nubendo, quae restricta pariter legitur ad tempus delatae successione, habetur enim in Primogenitura impressa n. 152. ibi: Vi singuli Primogeniti, si scilicet, cui dicta successio pro tempore aperitur, Primogenitus ille loci dicitur, qui talis reperitur tempore delatae successione Mieres de Majorat. p. 2. q. 4. il. lat. 3. n. 8. Rota coram Bichio dec. 602. n. 20. & illa verba: si scilicet, cui dicta successio pro tempore aperitur hoc idem tempus delatae successione significant Rot. dec. 648. n. 8. coram Dunoj. Jun. & in dec. quae revidetur §. Tum quia. Idemque resultat ex aliis subsequentibus verbis Primogeniturae n. 152. ibi: alius cadat a commodo praesentis Primogeniturae, & successio in ea aperitur, & devolvitur alteri iuxta ordinem dictae Primogeniturae proximo vocato. Eo enim ipso quod non declarans privat commodo Primogeniturae cum devolutione successione ad alium vocatum, dicendum venit, quod in hac parte praesupponatur successione fuisse delatam, cum privatio praesupponat habitum leg. decem. ff. de verb. oblig. Rot. dec. 75. m. 5. p. 16. dec. 320. n. 4. p. 17.

Et manifestè idem comprobatur exemplo Feminae, quae si praecedenter per matrimonium contractum extra quatuor Familias se ad succedendum inhabilem reddidisset, licet tempore aperte successione Vidua reperiretur, licet tamè aliquo viro ex dicta Familiis in Primogenitura contemplatis, tunc sit capax succedendi ibi. Si verò Vidua tunc reperiretur, cum aliquo ex praenominatis Familiis, modo, & forma praemisissa in matrimonio se collocare teneatur, ut in primogenitura impressa n. 98. Ad instar statuti excludentis feminam maritatum, si illa tempore successione effecta sit Vidua, ad successionem admittitur in Decis. quae revidetur §. Maque robor.

Uterus neque caelibatus electus à Ducissa prout ipsum reddere incapacem succedendi iuxta litteram Primogeniturae, quia in ea solum excluditur illi Religiosi, qui solemnè professionem emittunt, & Clerici in sacris constituti, qui obligantur ad perpetuum caelibatum omni tempore exclusivum, & impeditivum matrimonii, non illi, qui vitam caelibem elegerunt variabilem tamen, & possunt matrimonium contrahere, & habiles se reddere tempore delatae successione, ut liquet ex verbis relatis in primogenitura n. 67. & seq. ibi: exclusi, etiam Religiosi tam Regularibus, quam Secularibus, ac Militibus eorum Religionum, quae requirunt caelibatum, & excludunt matrimonium, prout etiam Clerici seculares in sa-

Decisio. ad Theatr. de Luca Vol. II.

cris constitutus, quos semper excludi voluerunt, non odio Religio-

nis, sed ut perpetuo bona mediante matrimonio in familia, & pro conferatione Primogenituræ hujusmodi manerentur.

Parum refragante replicatione quod incapacitas, & inhabilitas Ducissæ cælibatum exclusivum matrimonii, de quo loquitur Primogenitura in verbis proxime citatis, sed ex ipsa animi declaratione vivendi vitam cælibem emissa à Ducissa in toto actibus supra citatis, ex qua inhabilis, & incapax evasit juxta aliam partem Primogenituræ n. 133. ibi. Ut singulis primogenitis etc. declarare, seu declarasse debeant, an velint sacris instituti, & in cælibatu vivere, seu potius uxorem ducere, quia in hac parte Primogenituræ istius Conditores loquuntur de tempore, quo successio fit aperta favore declarare debent, ut patet ex illis verbis immediate antecedentibus ibi. Is scilicet cui dicta successio pro tempore aperitur, ut supra probatum est, Declaratio autem D. Ducissæ vivendi in cælibatu non fuit per ipsam emissa de tempore, quo in ejus favorem esset aperta, & delata successio: sed tempore incongruo, & multo antè, ac dum vivebat adhuc D. Dux Philippus ultimus masculus, siquæ ex dicta declaratione non oritur Ducissæ inhabilitas, & incapacitas ad succedendum ex lege Primogenituræ.

Minusque relevantibus verbis illis (seu declarasse debeat,) ex quibus arguebatur Conditores Primogenituræ respicere voluisse etiam tempore præteritum, & antè delatam successio: quia, ut respondit præcedens Decisio, §. In nihilo, illa verba fuerunt apposita ad significandum, quod declaratio fieri possit etiam ante vigesimum quintum annum, retento tamen themate apertæ, vel delatæ successiois.

Ex his itaque clarè resultat, asertam animi declarationem D. Ducissæ nullatenus habuisse in se factum obstativum, & exclusivum successiois Primogenituræ, & consequenter nullum jus fuisse quaesitum D. Principissæ, quia jam tunc ipsa nupta erat extrà quatuor familias, & eo tempore aderant alia forenes capaces succedendi, & jus D. Principissæ dependebat ab eventu permanenti D. Ducissæ in statu cælibatus de tempore delatæ successiois, de quo tempore, cum jam resoluta fuisset electio cælibatus, & consequenter renunciatio ejus causa facta, reolutum quoque fuit quodcumque jus, quod ex dicta declaratione, & renunciatione acquiri potuisset Principissæ Donat. Anton. de Marin. de res. l. 2. c. 19. n. 10. Tot. de part. futur. success. l. 2. c. 2. §. n. 63. cum seq. tuncque solum Primogenitura admittit primogenitam nuptam extrà quatuor familias, quando non adest alia femina capax ad succedendum, scilicet nupta cum uno ex quatuor familiis, tempore delatæ successiois.

Et certo certius omnes alii aserti actus voluntarii gesti independentèr à declaratione animi perpetui cælibatus conjunguntur exempti ab omni, & quocumque imaginabili facto obstativo seu exclusivo successiois Primogenituræ, & præcipuè destinationis Matrimonii, ut exinde stabiliretur Domus Cæsarina, gratulationum, & signorum lætitiæ intuitu ejusdem matrimonii, & natiuitatis primi Filii, ac translationis possessionis bonorum Primogenituræ factæ à Duce Patruo, post natiuitatem primi filii masculi; Quia hujusmodi actus gesti à D. Ducissa nedum fuerunt compatibiles cum ejus animo, quem semper retinuit nubendi, & succedendi in primogenitura, quatenus per obitum Ducis Patruo fuisset ad ejus favorem aperta successio primogenituræ, sed sunt etiam æquivoqi, & de jure insufficientes ad refundendum successioem insignis primogenituræ, illiusque jus in alium transferendi ex theorica Ognat. de contr. 10. 2. disp. 29. de promiss. sect. 1. n. 4. & ex alio recepto juris principio, quod actus voluntarii non possunt in plus obligare quam sit ipsamet voluntas Card. de Luca de Hered. & hered. disp. 29. n. 7. Præsertim dum in specie ad sibi præservandam matrimonii libertatem publicè recusat vi profiteri novas Conservatorii Constitutiones, tanquam perpetuatas cælibatus, & excludentes matrimonium quibus duntaxat concurrentibus Conditores Primogenituræ vocatos excludos esse voluerunt, ut in Instrumento ejusdem primogenituræ n. 66. & in effectu eadem D. Ducissa matrimonium contraxit cum uno ex quatuor familiis, ex subseqentibus enim declaratur qualis antè fuerit animus, & sic sine ulla imaginabili hæcitione, quando, ut in præsentis talis etiam fuit D. Ducissæ animus antè, & post ingressum Conservatorii. Imò animi contrahendi matrimonium expressit in ipsomet Instrumento Renunciationis stipulato occasione ingressus in Conservatorio, quia non renunciavit nisi nung. C. de rev. donat.

emissit, professionem ad formam Constitutionum ejusdem Conservatorii, quæ perpetuum cælibatum excludebant. Temperamentum autem propositum à scribentibus pro Principissa mediam viam eligendo, dando nempe unum fori medietatem Primogenituræ, & alteri aliam medietatem ad terminos Text. in li. Pater 40. & li. seq. ff. de hered. inst. l. Titia Testatoris ff. de l. 1. in nulla consideratione habitum fuit à DD. quia illud locum sibi vendicare posset, si versarem in articulo verbe dubio, cæsaria indiens decisione, non autem quando, ut in casu tam ex juris dispositione, quam ex mente Conditorum primogenituræ clarè dignoscitur, successioem spectare ad d. Liviam, & quod plus est ipsimet institutores primogenituræ voluerunt, ut pro splendore, & decore familie bona absq. scissura penes unicum possessorem permanere deberent, cum prohibitione alienandi etiam ex causa dotis, & quantumcumq. detractionem Legitima, & Trebellianicæ: ut bona in familia in infinitum, & perpetuo conservarentur, & transirent de primogenito in primogenitum, ut dicitur in Primogenitura n. 110. ad n. 115. Et ita ex aliis in præcedenti Decisione firmatis resolutum fuit videntibus omnibus Dominis, utraq. &c.

R. P. D. M U T O .

Romana majoratus & Primogenituræ de Cæsarinis .

Luna 25. Februarii 1697.

A R G U M E N T U M .

Reassumptis fundamentis duarum præcedentium decisio-

num illar. in hac approbantur .

S U M M A R I U M .

- 1 Nucleantur ea que animadvertuntur in disc. 204. de Luc. de fideicom.
- 2 ad una dispositionis parte non licet inferre ad aliam cui particulari lege provisiun fuit.
- 3 Solemnis oblatio facta in Monasterio quod ex sui fundatione non obligat ad votum non est impeditiva matrimonii & n. 5.
- 4 Decreta sacre Congregationis Concilii Rota reverenter amplectitur.
- 5 Capacitas succedendi attenditur de tempore apertæ successiois non curata capacitate seu incapacitate per antea præexistente & n. 6.
- 7 Primogenitus dicitur ille qui talis de tempore apertæ successiois reperitur.
- 8 Privatio præsupponit habitum.
- 9 Declaratio facta à Primogenita non nubendi si facta fuerit ad præcisum effectum aperienda successioem favore secundogenitæ & de tempore delatæ ejusdem successiois producti acquisitionem Juris favore secundogenitæ irretractabilis.
- 10 Successio dividitur pro medietate si articulus sit dubius.

D E C I S I O C X I .

Sententiam Rotalem R. P. D. mei Molines in petitorio judicio deliberatam præviis duabus decisionibus editis 22. Jan. 1694. & 22. Apr. 1695. constare de bono jure D. Ducissæ Liviz de Cæsarinis super successione in insigni Majoratu, ac Primogenitura dictæ nobilissimæ Domus specialis Motu proprio. me. Gregorii XV. confirmatis in exclusionem D. Principissæ Cleriæ Sororis, PP. hodie cor. me. in ulterioris instantiæ gradu confirmationis dignam extimarunt, utpote sine contentione validam, & pariter justam, eo quia Primogenitura conditores, extindit, (ut sunt verba) lineis masculinis legitimis, & naturalibus etc. & quatenus illegitimus non extaret, in omnibus, & singulis bonis etc. succedere voluerunt ex nunc pro tunc, & in hujusmodi casum, & eventum ad illorum successioem unanimiter vocarunt, & nominarunt filiam feminam primogenitam in primo gradu proximiorum ultimo decedenti primogenito, & deinceps ejusdem filie feminæ filios, nepotes, & alios descendentes de primogenito in primogenitum, dummodo dicta filia femina sic vocata tunc nupta sit, & reperitur cum aliquo Nobilissimo Viro secundæ, vel alias deinceps genito ex Nobilissimo Dominibus, vel Familiis inscriptorum Baronum Romanorum ipsius DD. Fratris consanguineorum, videlicet ex Familia Ducis

Ducis Jæsi Antonii Ursini Ducis Sancti Gemini, ex Familia Jana Ducum Sermoneta, & Familia Sforza Ducis Signæ, & Cælia Ducum Aquispartis & quarta tenus nupta nubere debeat cum uno ex dictis Nobilissimis Familiis prædictorum Baronum Romanorum &c. & ex obitu Ducis Philippi postremi masculi fuit quatumann. 1685. aperta fuit successio favore feminarum ista relata Primogenituræ lege, jure merito debita fuit successio D. Ducissæ Liviz singulari requisita per conditovoluta habenti, quia effatur major, & primogenita, actaque in matrimonium cum D. Duce Federigo Sforz quarto genito ex Ducibus Signæ in concursu Dominici Principissæ Cleriæ ultrogenitæ, & nuptæ cl. me. Philippolumque Somneni Principi extrà dictas Familias in Primitura contemplatas, ut latè firmant decisiones hujus cæ, & adductæ per Torr. de Primogeniti. & Majorat. p. 1. cap. 25. n. 194. cum seq.

Abiq. quod iterum obtare visum fuerit repetitum obiectu quod cum iidem Primogenituræ institutores in §. 152. seq. sanciverint sunt verba: Et amplius ne dicitur in suscipi, & in incerto successio in dicta Primogenitura, & Majorat. iidem DD. Fratres unanimiter disposuerunt, & mandat ut singulis Primogenitis ad successioem dictorum bonorum, jure prædictorum vocati, scilicet, cui d. successio pro tempore aperitur cum primogenito pervenerit ad 25. ejus ætatis annos declarare, seu declarasse debeat, an velis sacris instituti, & cælibatu vivere, seu potius uxorem ducere, & si eligeret uxem, illam cum effectu ducere teneatur ante 30. annum coletum, alius cadat à commodo presentis Primogenituræ, successio in ea aperitur, & devolvatur alteri juxta ordinem d. Primogenituræ vocato. Hinc proinde ex quo d. D. Ducissa Livia declaravit præcisè vellet in cælibatu vivere occasione ingressus in piam Domum, seu Monasterium Stem Dolorum videatur ad normam ejusdem præcisè didisse si non à commodo, quod tunc non habebat accepti jure Primogenituræ, juxta præcipuè æquitate vigente in verso ad favorem D. Principissæ Cleriæ, quæ ex causa ista declarationis matrimonium contraxit cum memoratorum Principissæ Philippo, præterea exegerat, & pro veritate sustinere contendit Card. de Luca in suppl. p. 3. tit. de fideicom. disp. 204. per tot. & signatur à n. 16. ad fin.

Quoniamquidem in hodierna disputatione ponderata melius præcipua hujusmodi dispositione recognitum fuit eam duntaxat procedere in vocatione masculorum, prout contextu ostendit, & signatur in illis verbis: Sed potius uxorem ducere, & si eligerit, uxorem illam cum effectu ducere teneatur; quæ solum masculis adaptantur reflectendo ulterius ad rationem temporis, vel ætatis 30. annorum, pro nupti actualiter incundis, cum modo tempus, seu ætas proportionata, æque apta matrimonio dici valet tantum in masculis eoquæ clarior quia, ut ex verbis in exordio relatis femiæ habent suam particularem, & distinctam vocationem seu substitutionem, in qua tale præceptum non legitur, atqueque intrat vulgata juris regula, quod ab una dispositionis parte non liceat inferre ad aliam, cui particulari lege provisiun fuit, de qua Dec. consil. 543. numer. 2. Honded. consil. 48. numer. 50. lib. 2. Rota coram Gregor. decis. 514. num. 8. & in recent. decis. 165. n. 16. & 18. p. 9.

Præterea præsupposita declaratio cælibis status, aut non fuit deliberata cum positivo animo abstinendi à nuptiis carnalibus, vel reddidit inefficax ad privandum D. Ducissam jure successiois in hac Primogenitura, siquidem deliberata non fuit cum animo abstinendi à nuptiis carnalibus nam ex epitola Cardinalis Albricit, ex depositionibus R. P. D. Patriarchæ Altoviti, Patris Maracci Confessarii gloriofæ mem. Innocentii XI. ac nonnullarum Oblatarum dictæ piæ domus, seu Monasterii apparet, quod ipsa desiderabat matrimonium contrahere, sicuti latè explicat utraq. decisio R. P. D. mei Molines, prior nempe 23. Januarii §. Etenim, cum sequentibus, & secunda 22. Aprilis §. Tanto magis.

Item per hypothese probata redderet inefficax, tum ex eo, quod non agit de expressa declaratione principaliter facta in executione relati Primogenituræ præcepti, sed de implicata ac virtuali desumpta ex aserta epitola Matriconscripta, susceptione habitus, & renunciatione ex causa ingressus in dictum Monasterium, ut ex solemnibus sui ipsius obligatione. liti enim actus cum gesti fuerint cum mentali, ac verbali relatione ad idem Monasterium juxta suas conditiones, & qualitates, ex quo illud ex sui fundatione, seu instituto non obligat ad votum solenne castitatis, seu perpetue.

Decisio. a. Theatr. de Luca Vol. II.

tum, & immutabilem cælibatum impeditivum matrimonii, prout præcisè in hac causa declaravit S. Congregatio Concilii de anno 1673. cujus Decreta Tribunal nostrum reverenter amplectitur, ut ipsamet testatur in rec. decis. 71. n. 15. p. 14. & dec. 197. n. 3. p. 17. & alibi passim; Ex hujusmodi loci natura actus substantiantur, & per consequens variables, ac mutabiles sunt, nec ullo modo importare possunt positivam declarationem abstinendi à nuptiis carnalibus, taut sequato egressu D. Ducissæ à Monasterio, nuptiis que carnalibus pro ipsam, & quidem antè apertæ successiois casum contra dictis, statim temporalis, ac variabilis cælibatus declaratio evanuit, ut ponderant omnes decisiones hujus causæ; & præcisè postrema §. Quoniam. Primogenituræ siquidem conditores excludunt duntaxat eos Religiosos, qui solemnem professionem emittunt, & Clericos in Sacris constitutos, qui perpetuo, ac solemnè cælibatu se adstringunt impeditivo prorsus matrimonii, non eos, qui vitam cælibem variabilem tamen elegerunt & quandoque matrimonium contrahere possunt, ut habetur ex illis verbis: Exclusi etiam Religiosi tam Regularis, quam Secularibus, ac Multibus eorum Religionum, quæ requirunt cælibatum, & excludunt matrimonium, prout etiam Clerici Sacularibus in Sacris constitutos, quos semper excludi voluerunt, non odio Religiois, sed ut perpetuo bona mediante matrimonio etc. in Familia manerentur.

Tam clarè ex quo cum de tempore, quo successiois casus evenit per obitum ultimi Primogeniti masculi, jam D. Ducissa Livia è memorato Monasterio fuit egressa matrimonio copulata cum Viro ex Familis contemplatis in Primogenitura, & filios procreasset, talique modo habitus ad succedendum effecta ob concursum omnium qualitatam per conditores exoptatarum, tamen medio tempore, ut præduntur extitisset inhabilis non exindè tamen orbatà remansisset jure primogenituræ, quia de tempore successiois attento reperta fuit capax, & habilis ut disponit Text. in leg. Sed si conditionis 6. §. 2. & leg. Liber Homo 59. §. Si hæres, ff. de Hered. Inst. Molin. de primogeniti. lib. 3. cap. 2. n. 16. cum seq. Mieres de majorat. p. 1. q. 2. sub n. 53. & Rota in utraque decisione R. P. D. mei Molines in comprobationem adducens exemplum Clerici Beneficiati in minoriorum constituti, & à successione Clericatum, & Beneficium dimittat, succedere potest in feudo, quod prius dixerat Rosental. de feud. cap. 7. cond. 30. n. 1. cum seq. de Ponte decis. 4. n. 4. & 5. cum aliis per Rotam coram Card. Cerro decis. 744. n. 17. & 18.

Cui etiam dispositioni juris consonat ipsa Primogenituræ lex illis verbis: Et nunc pro tunc, & in hujusmodi casum, & eventum vocarunt filiam feminam primogenitam, dummodo tunc nupta sit etc. quæ restringunt vocationem, & apertioem successiois ad præcisum casum obitus ultimi possessoris masculi, prout est etiam de regulari natura Primogenituræ, in qua Primogenitus dicitur ille, qui talis de tempore delatæ successiois reperitur, Mier. de major. p. 2. q. 4. illat. 3. n. 12. Rot. cor. Rich. dec. 602. n. 20. cum seq. atq. etiam ex aliis subseqentibus. Alii cadat à commodo presentis Primogenituræ, & successio in ea aperitur, & devolvatur alteri juxta ordinem d. Primogenituræ proxime vocato, quæ similiter præsupponunt successioem fuisse delatam, cum aliis non declarans non privet commodo Primogenituræ cum devolutione successiois ad alium vocatum ex regula Text. in l. Decem, ff. de verb. obligat. Rota in rec. dec. 73. n. 18. & dec. 311. n. 12. par. 12. & demum exemplo feminæ ex eadem Primogenitura desumpto, quæ si præcederet extrà quatuor Familias nupta fedat ad succedendum inhabilis fuisset effecta, si tamen de apertæ successiois tempore vidua reperitur, & nuba in una ex Familiis contemplatis per conditores fit capax succedendi, ut intelligi detur eisdem intermediam incapacitatem de successiois tempore cessantem non abhorruisse.

Haud obstante replicatione, quod superius firmata procedant quoties præterderetur exclusio ex capite status incompatibilis, fecit autem ex declaratione non nubendi, vitamque cælibem deducendi, ex qua statim acquiritum fuerit jus D. Principissæ ultrogenitæ, nam non agit de declaratione deliberatè emissa, deque tempore delatæ successiois, & ad præcisum finem, & effectum viam ulteriori genito aperiendi, prout loquuntur Doctores in oppositum allegati, & conditores Primogenituræ disponunt in illis verbis: Is scilicet, cui dicta successio pro tempore apertur etc.

N 2 sed

fed longè ante, ut reacquisita capacitate de successione tempore, declarationeque vitæ cœlibis revocata per egressum e Monasterio, & per incompatibile matrimonium statum ante apertam successione dici non potest inhabilis ad succedendum ex ipsa conditorum mente non adferantibus aliis verbis seu declaratione debeat, dùm fuerint apposta ad offendendum, quod declaratio fieri potuisset etiam ante 25. ætatis annum retento eodem delatæ successione themate, sicuti firmat utraque decisio R. P. D. mei Molines, prior nempe §. In nullo, & altera §. Minusque.

Hinc Dominæ Principissæ Clerie promanat ab hac Primogenituræ successione exclusio, nam sublato recitate declarationis obstaculo cum D. Ducissa Livia sit primogenita, nuptaque in una ex Familiis consanguineis in Primogenitura exoptatis, eadem, ut præ cognitum fuit, successio debeat, non autem D. Principissæ ultro genitæ, ac matrimonio junctæ cum Viro extrâ Familias contemplatas, non urgentibus nonnullis præadductis signis in comprobationem anterioris matrimonii d. D. Principissæ per Dom. Ducissam offensum cum sint æquivoca, & proinde inefficacia ad erogandum sibi præjudicium in hac insigni Primogenitura, signanter cum D. Ducissa, uti constat ex dicta litera D. Card. Albrii, ac ex depositionibus R. P. D. Altorviti, Patris Maracii & Oblatarum antedicti Monasterii expressè voluntatem patefecerat matrimonium contrahendi, ideoque verisimile non est in Dom. Principissam Sororem cum tanta ipsius iactura jus suum transierit voluisse.

Demum nec sub motivo urgentis æquitatis inter has DD. Sorores dividenda est pro medietate successio, prout suaderent conabantur scribentes pro D. Principissæ dispositio Text. in l. si pater 40. & l. seq. ff. de hered. instituend. l. Titia Testator ff. de legat. 1. & ab exemplo Domus Theodulæ, ubi non attempta Primogenituræ lege prævio tamen laudo, seu arbitramento per san. mem. Clem. VIII. confirmato eadem divisa extitit inter duos fratres, nam non verum in articulo dubio Cæsarea decisione indigere, sed in casu, quo tam ex censura juris, quam ex mente institutorum Primogenituræ successio in unum desertur D. Ducissæ priori natæ, ut optimè advertitur in secunda decisione R. P. D. mei Molines, §. finali Exemplum verò Domus Theodulæ redditur præcæteris inapplicabile, ex quo ibi Partes decisionem controversæ remiserunt Arbitris per viam concordie, & amicabile compositionis, quod deficit in casu præsentis. Et ita Dominis omnibus videntibus, ac remissivè ad antecedentes hujus causæ decisiones, in reliquis se habentibus conclusum fuit utraque &c.

R. P. D. LANGETTA.

Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis.

Lun. 16. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Præfens decisio alias superius relatas confirmat.

SUMMARIUM.

- 1 Successio in Primogenitura debetur ei, qui habet qualitates a Testatore descriptas.
- 2 Electio cœlibatus facta in loco non Regulari est ad libitum revocabilis.
- 3 Adeo omnes effectus ad declarationem Cœlibatus resiliantur corrumpunt.
- 4 In fideicommissis nunquam admittitur extensio.
- 5 Capacitas de tempore successione inspicitur.
- 6 Bona primogenitalia divisioni subjacere non debent.

DECISIO CXII.

POST geminas Rotales sententias, alteram latam a R. P. D. meo Molines, & alteram a R. P. D. meo Muto declarantes successione in majoratu nobilissime familie de Cæsarinis debitam esse D. Ducissæ Livie Primogenitæ exclusa D. Principissæ Cleria Sorore, ista recursum habuit ad Sanctissimum, & ac petiit in Signatura Gratiæ Commissionem proponi, quæ nostro Tribunali demandaretur ut ex æquitate, ac prudentiali cum temperamento procedere, prout a R.

P. D. Auditore Sanctissimi obtinuit in causam in suo folio adnotari, abique tamen illa concessione suppositor, quod ad retardandum Judicalem litem progressu Principis postulabat, Cumque ex contra Ducissa Livia hæc litem terminationem exoptans decernit reportaverit eodem R. P. D. Auditore quo causa proprio arbitrio. Rota remissa fuit; hinc dubium in hodierna Audientia posuit An sit locus statuto de duabus, & Domini secum Juris Consensum precedentes affirmativè responderunt, præter sententiarum validitatem, conformitatem, & Just.

Supposita enim ex adorum revoluzione validè, prout etiam conformitate ex ledura secundæ, que primò confirmata juxta deducta in Bononien. præsentia de voluit 14. Jan. 1697. §. Validitas enim cor. me. Justitia resiliant debeat ex eo quod institutores Primogenituræ post eam lineam masculinam (sunt verba præcisa) -- succedat voluerunt, vocantur, & nominantur sicuti feminam Pogenitam, legitimam matrimonio ab initio contracto in eum primogenitorem ultimo decedente Primogenito, dummodo si feminam sit vocata, tunc nupta sit, & reperitur cum aliquo legitimo Viro secundo, vel alias deinceps genito ex nobili domibus vel familiis infra scriptorum Baronum &c. vel ex familia ducis Antonii Ursini ex familia Gaetana &c. familia Sfortia Ducum Signia &c. & Cæsa &c. -- Quo ca dum præcisa D. Ducissa Livia de tempore apertæ successione, utraque pollebat requisiis qualitate, Primogeni scilicet, ac nuptæ in tertia ex quatuor familiis ab Institutibus Primogenituræ specificè nominatis merito t ad illam admittit. l. cum Pater 79. §. Hereditatem in proff. de legat. 2. Rot. cor. San. mem. Alex. VIII. dec. 244. n. & 3. & coram Cels. dec. 358. nu. 5.

Nec urgere videbatur objectum in præcedentibus instantis promotum, semperque relictum, quod statim eadem D. Ducissa Monasterium Septem Dolorum ingre calibatatum elegit ex ejusdem Primogenituræ dispositione omne Jus sibi competens amiserit.

Siquidem electio cœlibatus non fuit perpetua, & retrahibilis, sed per modum simplicis obligationis, que nquam statum religiosum non inducens nec excludens nrimonium, minusque adstringens ad observantiam legn, quibus moniales se obligarunt erat ad libitum revocabilis, ut relata decisione in hac causa edita 13. Januarii 1687. cor. me. Emerix super respondit Rota in Romana restitutionis dotis 16. Januarii 1696. §. Quoniam coram R. P. D. meo toto confirmata 22. Aprilis 1697. coram R. P. D. meo dell' uno: Ac proinde sicut declaratio cœlibatus ab ingressu dependens per licitum egressum evanuit, ita omnes effectus ab illa resiliantes fuerunt resoluti, ut in fortioribus terminis petitionis dotis traditæ Monasterio prosequitur Rot. i. d. Romana restitutionis dotis §. inde sequitur cor. R. P. D. deo Scoto.

Hujusmodi autem intelligentie nullatenus adversatur lex primogenituræ in §. 152. ubi demandatur, quod Primogeniti cum pervenerint ad 25. ætatis annum declarare teneantur, an velint in cœlibatu vivere, vel potius merimonium contrahere: illius enim verba in ea parte literatè, ac expresse referuntur ad masculos, in quibus dumtaxat verificari potest alternativa An velis Sacris initiari, seu potius Uxorem ducere, ideoque dum postea in vocatione reminarum requisita non fuit hujusmodi declaratio, sed vice qualitas Primogenitæ cum una ex dd. quatuor familiis matrimonio copulatæ, particularis quo ad istas provisio servanda venit abique illatione, ac extensione præcedentium, Fular. de subs. q. 460. n. 15. cum aliis adductis in postrema hujus causæ dec. 25. Febr. 1697. §. Quandoquidem cor. R. P. D. meo Muto.

Ponderando præsertim quod Institutores Primogenituræ post vocatam in genere siliam primogenitam cum supra dicto onere nubendi, prævidentes illam a tempore apertæ successione potuisse in statu viduitatis reperiri, licet antecederet extra familias designatas matrimonium contraxisset, adhuc tamen ad Primogenituram admiserunt cum onere novæ nuptias juxta modum præscriptum contrahendi, quæ circumstantia manifestè demonstrat præventivam declarationem in masculis requisitam omnino quoad feminas fuisse neglectam, hoc solum quod istas requisitio, quod de tempore apertæ successione forent in statu ad Primogenituræ conditionibus volito, vel saltem habiles ad illū assumendum, licet antea fuissent in statu contrario, ut patet ad sensū.

Et ex hac circumstantia validè emicat affirmatum, quod in primogenitura odio habita non fuit electio cœlibatus pro libito variabilis, sed illa solum, quæ semper in eodem statu per-

perverando implemento conditionum in primogenitura præscriptarum de tempore successione adverteretur, ita etiam distante Juris regula, quod capacitas de tempore successione inspicitur, ut in specie de monacho jam pridem ex religionis instituto incapaci, habili tamen effecto ante conditionis eventum respondit Federic. de Sen. cor. 26. n. 2. & per tot. quod refert dicta decisio in causa edita 23. Januarii 1687. §. Nec obstant in fin. cor. bo. me. Emerix.

Hæc & alia in præteritis hujus causæ decisionibus latius enucleata bonum Jus D. Ducissæ Livie satis apertè comprobant ita ut alias propositum temperamentum equaliter dividendi bona primogenituræ suppositæ prorsus, incongruum videretur, licet enim DD. per hypothefim admitteret D. Principissam Cleriam nuptias contraxisse sub spe Primogenituræ assequendi, quam bona fide conceperat ex cœlibi statu per forem assumptum, non indè tamen censuerunt eorum arbitrio repositum a recto Juris tramite divertere, ac si divisione mediante legem offendere Primogenituræ, quæ n. 12. divisionem specificè prohibet per verba ibi -- facere unum Corpus nulloque modo alienare, vel dividi posse, sed semper in perpetuum se indivisa, & tanquam indivisibile corpus esse unum tantum Masculi Primogeniti, ac integra, & sine aliqua diminutione cadere de Primogeniti in Primogenitum -- taleque prohibitionem repetit à n. 10. usque ad n. 11 §. impossita rigorosa pena caducitatis, cui etiam dispositioni consonat illa Juris, juxta quam bona Primogenitalia divisioni non subjacent, Cyriac. contror. 380. n. 17. Molin. de primog. lib. 1. cap. 11. n. 9. Rot. dec. 457. nu. 4. & seq. p. 14. rec. Et ita utraque &c.

R. P. D. PAULUCCIO.

Romana Primogenituræ de Aldobrandinis.

Ven. 18. Decembris 1683.

ARGUMENTUM.

In hac decisione statuitur quod avocatio possessionis facta à Principe inficit quemcumque actum licet ignoranter emissum, quodque clausula Constituti in primo vocato successivis, & fideicommissi expirat in primo vocato nec ejus virtute intentari successivè possunt remedia possessoria à subinde vocatis & in judicio mantentionis quod dirigitur ex vi ejusdem clausulæ non de simplici possessione, sed de vocatione & fideicommissi purificatione disceptandum.

SUMMARIUM.

- 1 Jure possidet qui auctoritate Judicis possidet.
- 2 Et possessio eo certius dicitur valida si concurrat quodque clausula Constituti favore possessoris apposta.
- 3 Possessio non dicitur vacans si per Principem advocata fuerit.
- 4 Avocatio possessionis non est apta removere mantentionem Possidentis.
- 5 Avocatio possessionis non inficit possessioni præventivæ in vim clausulæ Constituti que sita.
- 6 Avocatio posteriori admittit Possessori possessionem suam.
- 7 Mandati hæc diligenter sunt custodiendi.
- 8 Inhibitorio est intimanda & n. 9.
- 9 Deficiente fundamento ordinationis corrumpit quidquid statutum fuit.
- 10 Utens Jure suo nemini facit injuriam.
- 11 Si fuerint Jura præservata operantur ut illa præservata dicantur tam in possessorio, quam in petitorio.
- 12 Possessorii mantentio debetur.
- 13 Licet bona dotalia per obitum viri devolvantur ad Mulierem attamen donec fiat apprehensio per hæredes viri possunt illorum possessionem mortuo viro accipere.
- 14 Declaratio possessorii quo titulo possidere prætendit est attendenda.
- 15 Non citato Possessore acquiri non potest possessio que sit mantentibilis.
- 16 Possessio capta contra Inhibitionem Judicis attendi non debet.
- 17 Ignorantia inhibitionis excusat à pena non autem ab attentato.
- 18 Avocatio possessionis habet vim Inhibitionis & inficit omnia postea gesta etiam ab ignorante, & n. 24.
- 19 Præcipue si evenit à Principe supremo ad effectum vitan-
Division. ad Theor. de Luca Vol. II.

- 20 Clausula sublata admittit omnem facultatem Judicis & parti contrariam petendi & aliter judicandi.
- 21 Decretum irritans inficit possessionem.
- 22 Sive capta sit cum scientia sive cum ignorantia.
- 23 Præservatio operatur præterquam quod expressa.
- 24 Non entis nulle sunt qualitates.
- 25 Clausula Constituti in dispositioni successivis ut in fideicommissi expirat in primo vocato nec ejus virtute intentari successivè possunt remedia possessoria à subinde vocatis & n. 28.
- 26 In Judicio mantentionis intentato in vim clausulæ Constituti apposta in fideicommissi disceptari debet vocatio & fideicommissi purificatio.
- 27 Clausula Constituti nil operatur si diu permittum fuerit ut alius possideret.

DECISIO CXIV.

Quinq; fratres ex nobilissima Aldobrandina familia nepotes S. M. Clementis Octavi Pontificis verè Optimi maximi, anno 1655. Donationem inter vivos irrevocabilem fecerunt primò Joanni Georgio fratri majori cum erectione Primogenituræ de Primogenito in Primogenitum, exclusivè absolute, & perpetuo fœminis, sique sola dote relicta, & Ecclesiasticis personis, sed cum aliquali moderamine, & ita hanc Primogenituram instituerunt, ut perpetuam, & nunquam defuturam meditentur.

Sed Numini vitium, ut cum Plinio, quæ spestatissimè florent, citò marcescant, ac inter innumera, & hoc profleret humanæ caducitatis exemplum, Nam infiltratores Primogenituræ, quorum major 21. ætatis agebat annum deceperunt omnes, nullo post se relicto masculo; Undè Primogenitura pro masculis erecta, ad perpetuum Agnationis splendorem, sine nullo in masculos progressu remansit.

Post omnes fratres, & masculos successit D. Olimpia Aldobrandina Principissa Rossani, filia Joannis Georgii, in quam omnia bona familie Aldobrandine migrarunt, & que nupta primò Principi Paulo Burghefio, successit ex eo Principem Joann. Baptistam & soluto per mortem matrimonio, transfens ad secundam uxorè, nupti Princ. D. Camillo Pamphilio cui dotis nomine, omnia (supradicta bona tradidit, & ex eo inter cæteros habuit Principem Jo. Baptistam Pamphillum Primogenitum, qui post mortem Patris, tanquam hæres omnium eorumdem bonorum possessionem accepit, camque sub certa lege, & declaratione retrocessit Principissæ Olympiæ matri durante ejus vita.

Obit Principissa Mater, & in suo Testamento Principi Jo. Baptistæ Pamphilio restituit omnium Bonorum Domus Aldobrandinæ, sibi jam retrocessam possessionem, & cum clausula Constituti declaravit ante obitum se ejus nomine possidere, & princeps accepit vit.

In hoc rerum statu, D. Anna Maria Aldobrandina filia D. Petri Aldobrandini unius ex fratribus institutoribus Primogenituræ Marchionissa de Sanctiellis tanquam unica superites ex familia Aldobrandina, astringens sibi debitam successione, in Primogenitura Ammissionem petiit extrajudicialiter, ac nemine citato coram A. C. Cavalierino, & vigore mandati ejusdem cum solita clausula dummodo possessio sit vacans, & sine præjudicio habentium meliora, & postiora Jura sui immixta in possessionem bonorum Primogenituræ, ac iudicium mantentionis instituit.

Se opposuerunt Principes Burghefius, & Pamphilius, inter quos fuit communicata possessio per concordiam, facta que ab A. C. solemnè punctione petitorii, & possessorii ordinarii pro ejus Locumtenente, me in judicem deputavit; assumptaque causa in summariissimo possessorio, subscripti dubium, An, & cui sit danda mantentio.

Proposuit hodie ejus disceptationem, in qua mantentionem debitam D. Annæ Mariæ suadere hæc videbantur. Ipsa enim Judicis auctoritate possessionem est adepta, iustitiam possidet, nam iustè possidet qui auctore Prætorè possidet, i. iustè possidet ff. de acq. vel amit. poss. eoque iustis, quo titulum ipsi assistere prætendebat ex Instrumento possessionis seu Primogenituræ cum clausula Constituti, quam Authores Primogenituræ constituerunt se possidere pro omnibus successoribus in Primogenitura eorum nomine acceptante notario, Greg. dec. 437. nu. 1. Rot. penes Post. de mant. dec. 250. n. 3. quæ sanè utraque possessioe alteri est præferenda, eique debita mantentio.

Neque efficere potest, quod de tempore adeptæ possessionis, Neque efficere potest, quod de tempore adeptæ possessionis, Neque efficere potest, quod de tempore adeptæ possessionis, Neque efficere potest, quod de tempore adeptæ possessionis.